Potamiæna quædam puella formosissima, tempore Maximini persecutoris fuit ancilla cujusdam intemperantis et libidinosi. Quam cum multum rogasset, et ei varia promisisset ejus dominus, eam non potuit decipere. Quo factum est ut is tandem furore percitus, eam traderet præfecto Alexandrino (9), qui erat eo tempore, tanquam Christianam, et quæ tempora et imperatores insectaretur maledictis propter persecutiones; pollicitus se ei magnam pecuniæ vim daturum ob ejus calamitatem, dicens: Si ei persuaseris ut meo desiderio assentiatur, eam custodi nullo affectam supplicio. Quod si mansisset in ea quam ab initio ostenderat austeritate, rogavit ut ea supplicio affecta moreretur, ne, dicens, viva meam irrideat intemperantiam. Producta autem ante tribunal virgo fortis, diversis ad pœnas sumendas comparatis instrumentis, corpore fuit excruciatâ, et adversus multas ac varias rationes mente tanquam turris firma ac stabilis resistebat. Inter instrumenta autem suppliciorum, crudelius quoddam cæteris tormentum ab eo qui tunc erat iudex inventum est. Jubeat enim magnum lebetem pice repletum vehementissimo igne accendi. Cum bulliret ergo pice et valde arderet, conversus ad illam beatam sævus præses, dixit: Abi, pare voluntati domini tui; alioqui, ut intelligas, jubeo te devolvi in lebetem. Illa vero respondit, dicens: Absit ut sit iudex adeo iniquus qui me jubeat parere libidini et intemperantiæ. Ille itaque furore percitus, jubet eam exui, et in lebetem injici. Illa vero vocem emittit, dicens: Per caput imperatoris (10) quem tu times, si statuisti sic me supplicio afficere, ne jusseris me exui; sed jube me paulatim in picem ferventem demitti, ut videas quantam mihi largitus est patientiam Christus quem tu ignoras. Quæ sic paulatim demissa spatio trium horarum, emisit spiritum cum pice pervenisset ad ejus collum.

CAPUT IV.

Vita ¹ Didymi (11) orbi.

Plurimus ergo cœtus sanctorum virorum et mulierum tunc fuit consummatus in ecclesia Alexandrina, qui sunt inventi digni terra mitium. Inter quos consummatur etiam beatus scriptor Didymus qui fuit orbus (12). Cum quo fuit mihi quater congressio, cum decem annorum interjecto intervallo ad eum proficiscerer. Is autem consummatur natus annos octoginta quinque. Fuit autem is orbus, ut qui cum esset quatuor annos natus, oculos amiserit, ut ipse mihi narravit; et neque litteras didicit, neque ventitavit ad præceptores. Habebat enim secundum naturam

magistram firmam ac validam, propriam conscientiam. Tanta autem spiritalis cognitionis fuit exornatus gratia, ut revera impleretur in eo quod scriptum est: Dominus illuminat (13) cæcos (*Psal. cxlv*). Vetus enim et novum Testamentum interpretabatur ad verbum: dogmata autem subtiliter et tam strenue exponebat, ut omnes veteres scientia superarit.

Is cum aliquando me cogeret in cella facere orationem, ego autem nollem, mihi dixit narrans: Ter in hanc cellam ingressus est beatus Antonius, ut me videret; qui a me rogatus ut faceret orationem, statim genu flexit in hac cella, neque commisit ut quod dixeram iterum repeterem, re ipsa quidem docens in obedientia. Quare si tu quoque ejus vitæ vestigia sequeris, ut qui sis monachus et hospes ob virtutem, omnem depone contentionem.

Hic ispe hoc quoque mihi narravit: Cum quodam die, aiebat, de vita miseri Juliani imperatoris, utpote persecutoris, essem sollicitus, et omino augerer, accidit ut propter hanc sollicitudinem ad vesperam usque seram nihil comederem; et cum in sedili sederem, me somnus opprimeret, et viderem in extasi equos albos cum insessoribus percurrentes, et annuntiantes: Dicite Didymo, hodie hora septima mortuus est Julianus; surge ergo et comede; et quod tu scis, domum mitte ad episcopum Athanasium, ut ille quoque hoc sciat. Notavi autem, inquit, et horam, et diem, et hebdomadem, et mensem, et sic inveni.

CAPUT V.

Alexandræ Vita.

Narravit autem mihi quoque hic beatus de quadam ancilla, nomine Alexandra, quæ relicta civitate in monumento se inclusit, per foramen accipiens quæ erant necessaria, neque in virorum neque in mulierum conspectum veniens spatio decem annorum. Decimo autem anno aiunt beatam, cum dormisset, seipsam composuisse, adeo ut quæ solita erat ad eam venire, cum illi non respondisset, nobis renuntiaverit. Cum nos ergo accessissemus, et monumenti ostium amovissemus, ingressi sumus et invenimus eam obdormisse.

De ea autem dicebat etiam beatissima Melania Romana, cujus vitam narrabo tempore et loco convenienti (*Infra, hic, cap. 117*). Hujus, inquit, beatæ faciem non potui intueri: stans autem ergo circa foramen, eam rogavi ut mihi diceret causam propter quam secessit quidem a civitate, seipsam autem inclusit monumento. Illa autem, inquit, per foramen me est allocuta, dicens: Quidam, inquit, insano mei amore tenebatur, et ne eum viderer molestia afficere, vel in invidiam vocare, malui me vivam in hoc monumentum inferre, quam offendere animam quæ facta est ad Dei imaginem. Cum autem ego ei dixissem: Quomodo ferre potes, serva Christi Dei, cum nullo omnino colloqui, sed sola pugnare cum desidia et cogitationibus? mihi respondit, dicens: A mane usque ad horam nonam oro, per horam

mens linum; reliquis autem horis mente revolve vitam sanctorum Patrum, et patriarcharum, et certamina beatorum apostolorum, et prophetarum, et martyrum. Postquam autem adventarit vespera, cum Dominum meum glorificavero, cibum panis capio, plurimas horas noctis perseverans in oratione, et finem exspectans, quando hinc dissolvam cum spe bona, et apparebo ante faciem Christi Dei.

Non prætermittam autem in narratione eos quoque qui ita vixerunt, ut speciem quidem præ se ferrent pietatis ac religionis; sed eam contemnerent, ad laudem quidem eorum qui recte et ex virtute se gerunt, et ut cauli sint et attentii qui legunt.

CAPUT VI.

De quadam Virgine quæ laborabat amore divitiarum.

Erat quædam Alexandriæ virgo solum nomine, habitu quidem humilis, animi autem instituto parca, superba et insolens, et laborans avaritia, auri potius quam Christi amans: ex rebus suis nulli unquam exhibens, non hospiti, non pauperi aut afflicto, non monacho, non virgini, non ecclesiæ vel obolum unum. Ea multis sanctorum Patrum admonitionibus incitata, non repelebat grave pondus divitiarum. Erat autem ei quoque genus, eo quo sororis suæ filiam in filiam adoptaverat. Cui noctu et diu sua pollicebatur, cum ipsa excidisset ab opibus cœlestibus. Nam hæc quoque est una species fraudis diaboli, qui prætextu amoris in cognatos, efficit ut nascatur avaritia. Nam quod ei nulla sit cura generis, hinc patet. Ipse enim docuit et fratrem, et matrem, et patrem occidere. Idque est ex Scripturis extra controversiam. Sed etsi videatur nonnullis curam cognatorum inserere (*Deut. xii*), non hoc facit quod illis bene velit, sed ut eorum qui ei parent animam aperte exerceat ad injustitiam, cum ipse sciat latam sententiam, quæ dicit: Injusti regnum Dei non possidebunt (*I Cor. vi*). Potest autem aliquis, et spiritali motus intelligentia, et divino desiderio, neque suam negligere animam, et cognatis opem ferre, si quid eis defuerit. Quando autem quis ita totam suam instituit animam, ut ea despiciatur et obruatur præ cura cognatorum (14), is incidit in legem, ut qui suam pro vano æstimet animam. Canit autem David quoque sacer psalmographus de iis qui animæ curam gerunt, in timore Dei dicens: Quis ascendet in montem Domini? pro eo quod est, rarus. Aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam (*Psal. xxiii*). Illi enim animam suam in vano accipiunt, qui existimant eam dissolvi una cum hac caruncula, qui virtutes spirituales negligunt.

Huic virgini, quæ solo nomine sibi paraverat appellationem, moribus autem erat aliena ab exercitatione, cum venam, ut dicitur, vellet incidere ad levandam avaritiam, sanctissimus Macarius (15) presbyter et præfectus ptochotrophii eorum qui sunt corpore mutilati, talem actum cogitat. Erat enim is a juventute lapidarius (16). Ad eam autem accedens, dicit: In me inciderunt pulchræ gemmæ,

φύσιν διδάσκαλον ἐβρώμενον τὸ ἴδιον συνειδός · ὅς τ' ὡς τὸσαύτη χάριτι ἐκεκόσμητο γνώσεως πνευματικῆς, ὡς καθ' ἱστορίαν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον, Κύριος σοφοῦ τυφλοῦς. Παλαιὰν μὲν γὰρ καὶ Καινὴν Γραφὴν ἠρμήνευσε κατὰ λέξιν · τῶν δὲ δογμάτων οὕτως ἐπεμελήθη, λεπτῶς καὶ πάνυ ἰσχυρῶς ἐκθέμενος τὸν περὶ αὐτῶν λόγον, ὡς πάντα ὑπερβεβηκέναι τοὺς ἀρχαίους ἐν γνώσει.

Τούτου ποτὲ ἀναγκάζοντός με ποιῆσαι εὐχὴν ἐν τῷ ἀΐκι αὐτοῦ, καὶ μὴ βουλομένου μου, ἐλεγέν μοι διηρούμενος, ὅτι Εἰς τὴν κέλλαν ταύτην τρίτον εἰσῆλθεν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐπισκεψόμενός με, καὶ παρακληθεὶς παρ' ἐμοῦ ποιῆσαι εὐχὴν, εὐθὺς ἐκλινεν γόνυ ἐν τούτῳ τῷ κελλίῳ, καὶ οὐ παρεκεί-
ασέ με δευτερώσαι τὸν λόγον, ἔργῳ με παιδεύ-
σας ἐν τῇ ὑπακοῇ. Ὡστε οὖν εἰ κατ' ἔχνος βαίνεις καὶ σὺ τῆς ἐκείνου πολιτείας, ὅσα τε μονάζων, καὶ δι' ἀρετὴν ξενιτεύων, ἀπόθου πᾶσαν φιλονεικίαν. Ὁ αὐτὸς διηγήσατό μοι καὶ τοῦτο, ὅτι Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν φροντίζοντός μου περὶ τῆς ζωῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ ἀθλίου βασιλέως, ὡς διώκτου, καὶ ἀδημονούν-
τός μου, ἔτυχέ ποτε ἄχρις ἑσπέρας βαθείας μηδεὸς γεύσασθαι με ἕνεκεν ταύτης τῆς φροντίδος, καὶ καθεζομένου μου ἐν τῷ θρόνῳ κατενεχθῆναι ὑπὸν, καὶ ἰδεῖν ἐν ἑκοτάσει ἵππους λευκοὺς διατρέχοντας μετὰ τῶν ἐπιδατῶν, καὶ κηρύττοντας, Εἴπατε δι-
δύμῳ, σήμερον ἐβδόμην ὥραν ἐτελεύτησεν Ἰουλιανός, Ἀναστάς οὖν φάγε σὺ, καὶ γνῶσιν ἀπῄστατον τῷ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἵνα κάκεινος γνῶ περὶ τούτου. Καὶ ἐσημειωσάμην, φησί, καὶ τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἐβδομάδα, καὶ τὸν μῆνα · καὶ εὐρηται οὕτως.

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου.

Διηγήσατο μοι Δίδυμος ὁ συγγραφεὺς περὶ παι-
δίσκης τινὸς ὀνόματι Ἀλεξάνδρου · ἥτις καταλεί-
ψασα τὴν πόλιν, ἐν μνήματι ἑαυτὴν ἐγκαθεῖρξεν, δι-
ὅπῃς λαμβάνουσα τὰ τῆς χρείας, μήτε ἀνδράσι μήτε γυναῖξί κατ' ὄψιν συντυγχάνουσα ποτε ἐπὶ ἔτη δέκα. Τῷ δὲ δεκάτῳ ἔτει κοιμηθεῖσα, φατίν, ἐσχημάτισεν ἑαυτὴν ἢ μακαρίτις · ὡς τὴν ἐν συν-
ηθείᾳ ἀπελοῦσεν, καὶ μὴ τυχοῦσαν ἀποκρίσεως, ἀναγγεῖλαι ἡμῖν. Ἀπελθόντες τοίνυν ἡμεῖς, καὶ ἀπο-
κρούσαντες τὴν θύραν τοῦ μνήματος, καὶ εἰσελθόν-
τες, εὗρομεν αὐτὴν κοιμηθεῖσαν.

Ἐλεγεν δὲ περὶ ταύτης καὶ ἡ τρισμκαρία Μελάνη ἢ Ῥωμαία (περὶ ἧς εἰς τὸν καθήκοντα κειρὸν καὶ τόπον τὰ περὶ αὐτῆς διηγήσομαι), ὅτι Κατ' ὄψιν μὲν, φασί, τὴν μακαρίαν ταύτην οὐκ ἠδυνήθην θεάσασθαι, περὶ δὲ τὴν ὀπὴν σᾶσα ἐγὼ παρεκάλεσα αὐτὴν εἰπεῖν μοι τὴν αἰτίαν δι' ἣν ἀνεχώρησεν μὲν τῆς πόλεως, ἐγκητέκλεισεν δ' ἑαυτὴν ἐν τῷ μνήματι. Ἢ δὲ διὰ τῆς ὀπῆς μοι ἐφθέγγετο λέγουσα, ὅτι Ἐβλόβη τις τὸδ νοῦν εἰς ἐμὲ, καὶ ἵνα μὴ δόξω λυπεῖν αὐτόν, ἢ διαβάλλειν, ἤρησάμην ζῶσιν ἑμαυτὴν εἰς τὸ μνήμα τοῦτο εἰσαλαγεῖν, ἢ σκανδαλίσαι ψυχὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ ποιηθεῖσαν. Ἐμοῦ δὲ εἰρηκυίας ἀνῆλθον, Πῶς διακαρτερεῖς, δούλη Χριστοῦ, τὸ παράπαν μηδεὶ συντυγχάνουσα, ἀλλὰ μόνῃ πυκτεύουσα τῇ ἀκροῖᾳ καὶ τοῖς λογισμοῖς; ἢ δὲ ἀπεκρίνατο · Ἀπὸ πρώτ' ἕως ὥρας ἐνάτης εὐχομαι, καθ' ὥραν νήθουσα λίνον · τὰς δ' ὑπολοιπούς ὥρας περιέρχομαι τῷ νῦν

τὴν πίστιν τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ πατριαρχῶν, καὶ τοὺς ἄθλους τῶν μακαρίων ἀποστόλων, καὶ προση-
τῶν, καὶ μαρτύρων. Τῆς δὲ ἑσπέρας καταλαβούσης, δυσολογήσατά μοῦ τὸν Δεσπότην, ἔσθλιώ μου τὸν ψωμὸν, τὰς πάσας ὥρας τῆς νυκτὸς προσκαρτε-
ροῦσά μοι τῇ δεήσει, καὶ τὸ τέλος ἐκδεχομένη μου, πότε ἀναλύσω ἐντεῦθεν μετ' ἐλπίδων χρηστῶν, καὶ ὀρθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Χριστοῦ.

Οὐ παραλείψω δὲ ἐν τῷ διηγήματι καὶ τοὺς ἐν προσχήματι θεοσεβείας ἐν καταφρονήσει βεβιωκότας, εἰς ἑπαινον τῶν κατωρθοκότων τὴν ἀρετὴν, ἀσφάλειαν δὲ καὶ παραφυλακὴν τῶν ἐντυγχανόντων.

ΚΕΦΑΛ. Σ'.

Περὶ τῆς φιλαργύρου παρθένου.

Παρθένος τις γέγονεν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ὀνό-
ματι μόνον, τῷ μὲν σχήματι δῆθεν ταπεινῇ, τῇ δὲ προαίρεσει φειδωλῆς, σοβαρῆ, καὶ φιλόπλουτος εἰς ἄγαν ἐν χρήμασιν · φιλόχρυσος μᾶλλον ἢ φιλόχριστος. μηδέποτε προῖεμένη τῶν ἑαυτῆς τι, μὴ ξένῳ, μὴ πενομένῳ, μὴ ἀγχομένῳ, μὴ μοναχῷ, μὴ παρθένῳ, μὴ Ἐκκλησίᾳ ὄυλον ἕνα. Αὕτη πολλὰς νουθεσίας τῶν ἁγίων Πατέρων οὐκ ἀπεσκευάζετο τὴν ὕλην τοῦ πλούτου. Ὑπῆρχε δὲ ταύτη καὶ γένος, ἐν οἷς τε-
κνοποιεῖται θυγατέρα ἀδελφῆς ἰδίας · ἢ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐπηγγέλλετο τὰ ἑαυτῆς, τοῦ οὐρανοῦ πόθου αὐτῇ ἐκπετοῦσα. Εἶδος γὰρ ἐστὶ καὶ τοῦτο ἐν τῆς πλάνης τοῦ διαβόλου, ἐν προσχήματι φιλο-
συγγενείας τὴν πλεονεξίαν ὠδίνειν παρασκευάζοντος. Ὅτι γὰρ αὐτῷ οὐ μέλει γένους, δῆλον ἐντεῦθεν. Ἀδελφοκτονεῖν γὰρ καὶ μητροκτονεῖν καὶ πατρο-
κτονεῖν αὐτὸς ἐξεδίδαξεν. Καὶ τοῦτο ταῖς θεαῖς Γρα-
φαῖς ὠμολόγηται. Ἀλλὰ καὶ δόξη συγγενῶν κηδε-
μονίαν ἐντιθέναί τισιν, οὐκ εἰς εὐνοίαν ἐκείνων τοῦτο ποιεῖ, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀδικὸν ἐξασκή-
σαι τινων, σαφῶς αὐτὸς εἰδὼς τὴν ἀπόφασιν, ὅτι ἄδικοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν. Δύναται δὲ τις συνέσει πνευματικῇ καὶ θεῖῳ πόθῳ κινούμε-
νος, μήτε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἀμελεῖν, καὶ τοῖς συγ-
γενέσιν ἐπικουρεῖν, εἰ ἄρα λίποιντο, καὶ διαφόρους παρέχειν παραμυθίας. Ὅταν δὲ τις ὄλην τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ καταπατήσῃ κηδεμονίᾳ συγγενῶν, ὑποπίπτει νόμῳ, ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λογιζόμενος. Ἄδει δὲ καὶ ὁ ἱεροψάλτης Δαβὶδ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς φροντιζόντων ἐν φόβῳ Θεοῦ · λέγων, ὅτι Τίς ἀναθήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; ἀντὶ τοῦ, σπανίως ἢ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; Ἀθῶος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὅς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ μα-
ταίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Ἐκεῖνοι γὰρ ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν λαμβάνουσιν, οἱ νομίζοντες αὐτὴν τῷ σαρκίῳ τούτῳ συνδιαλύεσθαι, οἱ τῶν πνευματικῶν ἀρετῶν ἀμελοῦντες.

Ταύτην τὴν παρθένον τὴν τῷ ὀνόματι μόνῳ τὴν ἐπωνυμίαν κερτημένην, τοῖς δὲ τρόποις τῆς ἀσκή-
σεως ἀπεξενωμένην, τὸ δὲ λεγόμενον, θελήσας φλε-
βοτομήσαι εἰς κουφισμόν τῆς πλεονεξίας ὁ ἁγιώτα-
τος Μακάριος ὁ πρεσβύτερος, καὶ ἀφηγούμενος τοῦ πτωχείου τῶν λελωθημένων, σοφίζεται δρᾶμα τοιοῦ-
νον. Ἦν γὰρ ἐν νεότητι αὐτοῦ λιθουργός, ὃν λέγουσι καβιδάριον. Καὶ ἀπελθὼν λέγει αὐτῇ · Λίθοι ἀναγκαῖοι σμάρραδοι καὶ ὑάκινθοι ἐμπεπτῶκασί μοι · καὶ εἴτε κλεψίμαχοι ἢ ἐμπορικοὶ εἰπεῖν οὐκ ἔχω. Τιμῇ οὐχ ὑποβάλλονται, ὑπὲρ διατίμησιν ὄντες. Πιπρά-
σκει δὲ αὐτὸς πεντακοσίων νομισμάτων ὁ ἔχων

Ἐάν οὖν δόξη τοι αὐτοὺς λαθεῖν, δὸς τὰ πεντακόσια νομίσματα · τοῖς δὲ λοιποῖς χρήσασθαι εἰς κατασκευὴν κόσμου ποικίλην τῆς ἀδελφιδῆς σου. Ἐκκρεμαμένη δὲ ἡ λεγομένη παρθένος πάση ψήφῳ τῆ κόρη, δελεάζεται τῇ φιλοκοσμίᾳ ταύτης, καὶ πίπτει αὐτοῦ εἰς τοὺς πόδας, καὶ λέγει αὐτῷ · Δέομαί σου, μή τις αὐτοὺς λάβῃ. Προτρέπεται οὖν ταύτην ὁ ἅγιος, λέγων, ὅτι Παραγενοῦ ἕως τῆς οἰκίας μου, καὶ βλέπε αὐτούς. Ἡ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ προσρίπτει αὐτῷ τὰ πεντακόσια νομίσματα, λέγουσα, Δέομαί σου, ὡς θέλεις, λάβε αὐτούς. Ἐγὼ γὰρ οὐ θέλω ἰδεῖν τὸν ἄνθρωπον τὸν πιπράσκοντα αὐτούς. Λαθῶν οὖν τὰ πεντακόσια νομίσματα παρ' αὐτῆς ὁ ἅγιος Μακάριος, δίδωσι ταῦτα εἰς τὰς χρεῖας τοῦ πτωχείου. Χρόνου δὲ παρελθόντος, ἐπειδὴ μεγάλην ὑπόληψιν εἶχεν ὁ ἄνθρωπος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, εἰς ἄκρον φιλόθεος ὢν καὶ ἐλεήμων πρεσβύτης (ἤκμασεν γὰρ μέχρι τῶν ἑκατὸν ἐτῶν, ᾧ συνεχρονίσασμεν καὶ ἡμεῖς), τύλαθειτο αὐτὸν ὑπομνησαι. Τέλος εὐρεῖσα αὐτὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λέγει αὐτῷ, Δέομαί σου, τί λέγεις περὶ τῶν λίθων ἐκείνων. ὧν δεδώκαμεν τὰ πεντακόσια νομίσματα; Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, λέγων αὐτῇ · Ἀφ' ἧς ἡμέρας δέδωκάς μοι τὸν χρυσόν, κατέβαλον αὐτὸν εἰς τὴν τιμὴν τῶν λίθων. Καὶ εἰ βούλει ἰδεῖν αὐτούς, ἔλθε ἐν τῷ ὀσπιτίῳ μου · ἐκεῖ γὰρ κεῖνται οἱ λίθοι, καὶ βλέπε ἂν σοι ἀρέσωσιν, ἐπεὶ ἀΐρης σου τὸν χρυσόν. Ἦλθεν δὲ ἐκείνη ἀσμενεστάτη. Ἦν δὲ τὸ πτωχεῖον, εἰς μὲν τὰ ἀνάγκια ἔχον τὰς γυναῖκας, εἰς δὲ τὰ κατάγια, τοὺς ἄνδρας. Παραγενομένης δὲ αὐτῆς, εἰσάγει αὐτὴν εἰς τὸν πυλῶνα, καὶ λέγει αὐτῇ ὁ ἅγιος · Τί θέλεις πρῶτον ἰδεῖν; τοὺς ὑακίνθους, ἢ τοὺς σμαράγδους; Λέγει αὐτῷ, Ὁ δοκεῖ σοι. Ὡς δὲ ἀνάγει αὐτὴν εἰς τὰ ἀνάγια, καὶ δείκνυσιν αὐτῇ ἡκρωτηριασμένας γυναῖκας, λελωθμένας ὄψεις ἔχούσας · καὶ λέγει αὐτῇ, Ἴδου οἱ ὑακίνθοι · εἶτα κατάγει αὐτὴν εἰς τὰ κατάγια, καὶ δείκνυσιν αὐτῇ τοὺς ἄνδρας, εἰπὼν · Ἴδου οἱ σμαράγδοι · καὶ νομίζω τούτων τιμιωτέρους μὴ εὐρεθῆναι. Ἐάν σοὺ ἀρέσκωσιν, ἐπεὶ λάβε σου τὸν χρυσόν. Τούτων τοίνυν οὕτως γεγονότων διατραπέισα ἡ παρθένος ἐξῆλθεν, καὶ ἀπελθοῦσα ἐν τῇ οἰκίᾳ ἑαυτῆς ἀπὸ πολλῆς λύπης ἐνόσησεν, ὅτι οὐ κατὰ Θεὸν τοῦτο ἐποίησεν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἀναγκαστῶς. Εἰς ὑπερον δὲ τῷ χαρίστησεν τῷ πρεσβυτέρῳ, τῆς κόρης ἧς ἐφρόντιζεν μετὰ γάμον ἀτέκνου τελευτησάσης, καὶ λοιπὸν ταύτης εἰς δέον καταχρησαμένης τῷ βίῳ.

ΚΕΦΑΛ. Ζ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Νιτρίᾳ.

Τυντετυχηκῶς οὖν πολλοῖς τῶν ἁγίων ἐγὼ, καὶ ἐνδιατρίψας τοῖς περὶ τὴν Ἀλεξανδρείαν μοναστηρίοις ἐπὶ ἕτη τρία, καὶ συνδιατρίψας κελλίοτοις καὶ σπουδαιοτάτοις μεγάλοις ἀνδράσιν ὡς δισχιλίοις, πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένοις, ἀναχωρήσας ἐκαῖθεν ἦλθον ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας. Μεταξὺ δὲ τοῦ ὄρους τούτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας λίμηνη κεῖται, ἡ καλουμένη Μαρία. Κατέχει δὲ αὕτη ἐπὶ μίλια ἑβδομήκοντα. Ἦν διαπλεύσας, διὰ μιᾶς καὶ ἡμισείας ἡμέρας ἦλθον εἰς τὸ ὄρος ἐπὶ τὸ μέρος τῆς μεσημβρίας.

Ἐν ᾧ ὄρει παράκειται ἡ πανέρημος παρατείνουσα ἕως Αἰθιοπίας καὶ τῶν Μαζικῶν καὶ τῆς Μαυριτανίας. Ἐν ᾧ ὄρει οἰκοῦσιν ἄνδρες ὡς πεντακισχίλιοι, οἵτινες διαφοροῦς ἔχουσι πολιτείας, ἕκαστος ὡς δύναται καὶ ὡς βούλεται · ὡς ἐξεῖναι καὶ μόνον μένειν, καὶ δεύτερον, καὶ πολλοστόν. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει ἀρτοκοπεῖά ἐστίν ἑπτὰ, ὑπηρετούμενα κἀκείνοις, καὶ τοῖς εἰς τὴν πανέρημον ἀναχωρηταῖς, ἀνδράσιν οὖσιν ἑξακοσίοις. Παροιχίας οὖν ἐγὼ ἐν τῷ ὄρει τούτῳ ἐνιαυτὸν ὅλον, καὶ πολλὰ ὠφελήθεις ἀπὸ τῶν μακαρίων καὶ ὁσίων Πατέρων, Ἀρσισίου τοῦ μεγάλου, καὶ Πουτουδαστοῦ, καὶ Ἀγίωνος, καὶ Χρονίου, καὶ Σεραπίωνος, καὶ πολλοῖς διηγῆμασιν ἀρχαιοτέρων πνευματικῶν Πατέρων παρ' αὐτῶν κεντρωθεὶς, ἦλθον εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐνδοτάτω. Ἐν τῷ ὄρει τούτῳ τῆς Νιτρίας ἐκκλησία μία ἐστὶ μέγιστη. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τρεῖς φοίνικες ἐστᾶσιν, ἕκαστος ἔχων μάστιγα ἐφ' ἑαυτοῦ κρεμαμένην. Καὶ ὁ μὲν ἐστὶν εἰς ἐπιστροφὴν τῶν μοναχῶν τῶν πταιόντων · ὁ δὲ, εἰς τιμωρίαν ληστῶν, ἐάν γε ἐμπέσωσί ποτε · ὁ δὲ, εἰς διάρθρωσιν τῶν περιτυγχάνοντων καὶ ἐκπεπτωκότων οἰοισδῆποτε σφάλμασιν · ὡς πάντας τοὺς πταιόντας, καὶ διελεγχομένους, καὶ ὑπευθύνους πληγῶν καθ' ἐστῶτας, περιλαμβάνειν τὸν φοίνικα, καὶ λαμβάνοντα κατὰ νότου ῥητὰς οὕτως ἀπολύεσθαι. Πρόσκειται δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ ξενοδοχεῖον εἰς ὃ τὸν ἀπελθόντα ξένον δεξιούονται πάντα τὸν χρόνον, κἂν ἐπὶ διετίαν ἢ τριετίαν μῆναι θελήσῃ, μέχρις οὗ αὐθαίρετος ἀναχωρήσῃ θελήσῃ, συγχωρήσαντες αὐτῷ ἐπὶ ἑβδομάδα μίαν ἐν ἀργίᾳ διάξει · τὰς λοιπὰς ἡμέρας περισπῶσιν αὐτὸν λοιπὸν ἐν ἔργοις, ἢ ἐν κήπῳ, ἐν ἀρτοκοπείᾳ, ἢ ἐν μαγειρείῳ. Εἰ δὲ ἀξιόλογός τις εἴη, δίδόσιν αὐτῷ βιβλίον ἀναγινώσκειν, μὴ συγχωρήσαντες αὐτῷ ἕως ἕκτης ὥρας μηδενὶ συντυχεῖν. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καὶ ἱατροὶ διάγουσι, καὶ πλακουντάριοι. Κέχρηται δὲ καὶ οἴνῳ, καὶ πιπράσκειται οἶνος. Πάντες δὲ οὗτοι ὀθόνην ἐργάζονται ταῖς χερσὶν ἑαυτῶν, ὡς εἶναι τοὺς πάντας ἀνευθεῖς. Καὶ τῆς ἐσπέρας καταλαβούσης ἐστὶν ἐστᾶναι καὶ ἀκούειν ἀφ' ἐκάστης μονῆς ὕμνους καὶ ψαλμοὺς τῷ Χριστῷ ἀδομένους, καὶ προσευχὰς εἰς οὐρανοὺς ἀναπεμπομένας, ὡς νομίσαι τινὰ μετάρσιον ἐν τῷ τῆς τρυφῆς παραδείσῳ μετοικισθῆναι. Τὴν δὲ ἐκκλησίαν Σαδδάτω καὶ Κυριακῇ καταλαμβάνουσι μόνον. Ὀκτῶ δὲ εἰσιν πρεσβύτεροι ἀφηγούμενοι ταύτης τῆς ἐκκλησίας · ἐν ἧ, μέχρις οὗ ζῆ ὁ πρῶτος πρεσβύτερος, οὐδὲ εἰς τῶν ἄλλων οὐ προσφέρει, οὐ δικάζει, οὐχ ὀμιλεῖ, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ αὐτῷ συγκαθέζονται μόνον.

Περὶ Ἀρσισίου. Οὗτος ὁ μέγας Ἀρσισιος, καὶ ἄλλοι πολλοὶ γέροντες τῶν ἁγίων, οἱ σὺν αὐτῷ, οὓς ἡμεῖς ἑωρακαμεν, σύγχρονοι ἦσαν τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου. Ἐν οἷς διηγείτο οὗτος αὐτὸς ὁ μέγας Ἀρσισιος καὶ τὸν Ἀμοῦν εἰδέναι τὸν Νιτριώτην, οὗ τὴν ψυχὴν εἶδεν ἀναλαμβάνομένην ὑπὸ ἀγγέλων ὁ μέγας Ἀντώνιος, καὶ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναγομένην. Ἔλεγεν δὲ οὗτος καὶ Παχώμιον εἰδέναι τὸν Ταβεννησιώτην, ἄνδρα προφητικὸν χάρισμα ἐσχληκότα, ἀρχιμανδρίτην γεγονότα ἀνδρῶν τρισχιλίων, περὶ οὗ εἰς ὑπερον τὰς ἀρετὰς διηγῆσομαι.

smaragdi et hyacinthi, nec scio an sint furtivi, an alicujus mercatoris. Non constituitur enim eis pretium, cum æstimationem superent; qui habet autem, vendit eas quingentis solidis. Si ergo tibi visum fuerit eas accipere, da quingentos solidos, potes ex una gemma accipere quingentos, reliquis autem uti ad variandum mundum filiæ tuæ sororis. Cum autem quæ dicebatur virgo tota penderet a puella, inescatur ejus ornandæ cupiditate; et procidit ad ejus pedes, et dixit: Rogo te ne quis alius eas accipiat. Eam ergo adhortatur sanctus, dicens: Veni usque ad domum meam, et eas aspice. Illa autem noluit; sed ei præbet quingentos solidos, dicens: Rogo te, ipse eas ut vis cape; nolo enim videre hominem qui eas vendit. Cum autem quingentos solidos ab ea accepisset sanctus Macarius, dateos ad usum ptochotrophii. Cum autem multum tempus præterisset, quoniam magna erat existimatione apud Alexandrinos vir ille, utpote summe pius ac misericors (vixit autem ad centum usque annos, cujus tempore nos quoque fuimus), verebatur eum admonere. Tandem cum eum invenisset in ecclesia, dicit ei: Rogo te, quid jubes de lapidibus, pro quibus dedimus solidos quingentos? Ille ei respondit, dicens: A quo die mihi dedisti aurum, eos impendi in pretium gemmarum, et si velis eas videre, veni in hospitium meum. Illic enim sitæ sunt gemmæ, et vide; quod si tibi non placeant, tolle aurum tuum. Venit autem illa lubentissime. Habebat autem ptochotrophium in superiori quidem parte mulieres, in inferiori autem viros. Cum ea autem accessisset, introducit eam in vestibulum, et dicit ei sanctus Macarius: Quid vis primum videre, hyacinthos, an smaragdos? Ea vero illi dicit: Quod tibi videtur. Ille vero eam ducit in partem superiorem, et ostendit ei conscissis feminas membris, et vultibus totis varia morbositate laceratis, et dicit ei: Ecce hyacinthi. Deinde deducit eam in partem inferiorem, et ostendit ei viros, dicens: Ecce smaragdi; et existimo non inveniri his pretiosiores; quod si tibi non placeant, accipe aurum tuum. His ergo sic gestis, pudore affecta virgo exiit, et domum reversa magnum accepit dolorem, quod hanc rem ex Deo non fecisset, sed adducta necessitate. Postea autem gratias egit presbytero, cum puella cujus curam gerebat, post nuptias mortua esset sine liberis, ipsaque deinceps facultates suas in rectos usus expendit.

CAPUT VII.

Vita abbatis Arsisii (17) et eorum qui cum eo erant in monte Nitriæ.

Cum ego cum multis sanctis essem congressus, et versatus tres annos in monasteriis quæ sunt circa Alexandriam, et mansissem cum magnis studiosissimisque et optimis viris circiter bis mille, omni virtute ornatis, illinc recedens veni in montem Nitriæ. Inter hunc montem autem et Alexandriam positus est lacus, qui dicitur Maria: is autem continet ad millia septuaginta. Quem cum transmissem, per

A diem unum et dimidium veni in montem ad partem meridionalem. In quo monte sita est ingens solitudo, quæ pertinet usque ad Æthiopiam, et Mazicos, et Mauritaniam. In eo autem habitant ad quinque millia virorum (18), qui utuntur vario vitæ genere, unusquisque ut potest et vult, adeo ut liceat et solum manere, et cum duobus, et tribus, et cum quo velit numero. In hoc monte sunt septem pistrinæ, quæ et illis serviunt, et anachoretis qui sunt in vasta solitudine, viris perfectis, numero sexcentis. Cum ergo toto anno in monte habitassem apud beatos et sanctos Patres, magnum Arsisium et Putuphastum, et Hagionem (19), et Cronium, et Serapionem, et multis antiquiorum Patrum spiritalibus narrationibus, ab ipsis essem stimulatus, veni in intimam solitudinem. In hoc monte Nitriæ una est maxima ecclesia, et in ipsa ecclesia sunt tres palmæ, ex quibus unaquæque habet flagellum (20) suspensum. Et est unum quidem ad castigandos monachos qui delinquant; alterum vero ad puniendos latrones, si quando inciderint; tertium vero ad corrigendos eos qui forte veniunt, et in aliqua delicta incidunt; adeo ut quicumque delinquant, et convincuntur meruisse ut dent pœnas, palmam amplectantur, et tergo plagas præfinitas accipiant, et sic dimittantur. Prope ecclesiam autem positum est xenodochium, in quo venientem hospitem toto tempore accipiunt, etiam si biennium aut triennium voluerit manere, donec velit sua sponte recedere, permittentes ei una hebdomada manere in otio. Aliis autem diebus deinceps occupant eum in operibus, aut in horto, aut in pistrino, aut in coquina. Quod si fuerit quispiam cujus sit habenda ratio, dant ei libram legendum, non permittentes ei ut cum ullo colloquatur usque ad horam sextam. In hoc monte degunt etiam medici et placentarii. Utuntur etiam vino, et vinum illic venditur. Hi autem omnes suis manibus faciunt vestem lineam, adeo ut sint omnes nimis egentes. Circa horam autem nonam licet stare, et audire in unoquoque monasterio hymnos et psalmos Christo canentes, et preces ad hymnos emittentes, adeo ut existimet quispiam se sublime elatum transmigrasse in paradysum deliciarum; veniunt autem ad ecclesiam Sabbato solum et Dominico. Sunt autem octo presbyteri qui præsent huic ecclesiæ in qua quandiu vivit primus presbyter hujus ecclesiæ, nullus alius offert, nec judicat, nec D habet sermonem, sed tacite solum cum eo sedent.

Hic magnus Arsisius, et alii multi cum eo senes, quos nos vidimus, fuerunt æquales tempore magno Antonio. Atque mihi quidem narravit hic magnus Arsisius se Amœn quoque vidisse Nitriotem, cujus animam vidit assumi Antonius ab angelis, et in cœlum deduci (*Vita Antonii, c. 32; Ruff., l. II, c. 30*). Is dicebat se etiam Pachomium vidisse Tabennesiotem, virum prophetica gratia clarum, ter mille virorum archimandritam; cujus narrabo postea virtutes (*Infra, c. 38*).

CAPUT VIII.

De sancto Amon (21) et ejus conjugē.

Dicebat autem Amon hoc modo vixisse. Cum esset, inquit, parentibus orbatus adolescens circiter viginti duos annos natus, vi a suo patruo mulieri junctus est matrimonio; et cum non posset resistere necessitati quam ei afferebat patruus, visum est ei, et corona redimiri (22), et sedere in thalamo, et omnia sustinere quæ sunt in matrimonio. Postquam autem omnes essent egressi, qui in thalamo et lecto dormituros collocaverant, surgit beatus Amon, et claudit fores; et sedens vocat beatam et germanam suam conjugem, et ei dicit: Ades dum, domina et soror (23), deinde rem tibi narrabo. Hoc quo conjuncti sumus matrimonium, nihil habet eximium. Recte ergo faciemus, si abhinc unusquisque nostrum seorsum dormierit, ut Christo placeamus, intactam nostram reddentes virginitatem. Et cum e sinu suo parvum libellum protulisset, tanquam ex persona Apostoli et Servatoris, legebat puellæ, quæ erat ignara litterarum, plurimam lectionis partem, adjiciens ex sua divinitus inspirata doctrina, et in vita, in virginitate et castitate degenda eam instituens. Quo factum est ut illa Christi gratia repleta, diceret: Ego quoque, domine mi, persuasum habeo fore ut castam vitam libenter agam; et si quid jubes, hoc deinceps faciam. Ille vero, Ego, inquit, jubeo et rogo ut unusquisque nostrum seorsum maneat. Ea vero hoc non tulit, dicens: Maneamus in eadem domo, sed in diversis lectis. Vivens ergo cum ea decem et octo annos in iisdem ædibus, toto die vacabat horto et balsameto. Operabatur enim balsamum; quæ balsamus instar vitis plantatur, ut in qua colenda et putanda multum laboris ponatur. Vespere ergo domum ingrediens, et faciens orationes, cum ea comedebat. Et rursus nocturnas preces fundens, et synaxim peragens, cum mane ibat in hortum. Cum hæc sic fierent, et pervenisset uterque ad impatientiam (*Cauta lege*), vim et efficaciam habuere preces Amonis. Postremo autem ei dicit illa beata: Est aliquid quod tibi dicam, domine mi, ut si me audieris, mihi plane constabit quod vere ex Deo me diligas. Is vero ei dicit: Dic quod velis. Ea vero dicit illi: Æquum est ut tu qui es vir pius et religiosus, et exerces justitiam, et similiter ego qui eandem viam instituti sum secuta, seorsum maneamus, et multi ex eo capiant utilitatem. Non par est enim ut propter me tanta et talis occultetur tua virtus philosophiæ, qui mecum propter Christum cohabitans in castitate. Is vero cum ei gratias egisset, et gloriam Deo dedisset, ei dicit: Recte tibi visum est, domina et soror; et si hoc tibi placet, tu habeto hanc domum; ego vero abibo, et aliam mihi domum faciam. Qui cum ab ea esset egressus, ingressus est in interiora montis Nitriæ; nondum enim tunc illic erant frequentia monasteria, et sibi fecit duos cellarum tholos. Et cum vixisset alios viginti duos annos, et recte summam exercita-

¹ Hic Or fuit Origenista.

tionis virtutem exercuisset, in vita obiit monastica, vel potius translatus est sanctus Amon, natus sexaginta duos annos, bis in anno videns beatam vitæ suæ consortem.

Cum is ergo solus esset in Nitriis, ferunt ad eum puerum rabie exagitatum, vinculam cateois. Canis enim rabiosus mordendo illi rabiem dederat. Seipsum ergo totum laniabat, ut qui intolerabilem morbum ferre non posset. Postquam ergo vidit ejus parentes, ad supplicandum procedentes: Quid mihi, inquit, labores exhibetis, o homines, ea petentes quæ mea merita superant, cum in vestris manibus præsto sit auxilium? Reddite enim viduæ bovem quem elanculum occidistis, et sanus reddetur vobis puer. Illi vero cum convicti essent, læti fecerunt quæ jussa fuerant, et eo orante puer sanus evasit.

Accesserunt autem alii ejus visendi gratia. Ad quos dixit vir sanctus, tentandi eorum animi gratia: Afferte ad me dolium unum, ut habeam satis aquæ ad eos qui veniunt excepiendos. Ille autem promiserunt se ipsos allaturos. Cum autem alterum pœnituisset, ubi in vicum venisset, dicit alteri: Nolo occidere camelum, neque ei dolium imponere, ne moriatur. His auditis, alius suis junctis asinis magno labore dolium sursum portavit. Præveniens autem Amon ei dixit: Quid? quod socii tui camelus est mortuus interim dum huc venisti? Is autem reversus invenit eum a lupis devoratum. Multa quoque alia hic vir fecit.

Hoc autem miraculum narravit beatus Athanasius Alexandriae episcopus, scribens in Vita Antonii, quod cum aliquando monachi ad ipsum missi essent ab Antonio (erat enim in interiore solitudine Antonius), cum ad ipsum venissent, surrexit senex, et ambulabat cum eis. Et cum esset transiturus Lycum fluvium cum ejus discipulo Theodoro, verebatur exui, ne se ipsum videret aliquando nudum: et interea dum de ea re dissereret, inventus est trans fluvium, ut qui absque cymba in extasi trajecisset, translatus ab angelo: fratres autem natatu transuiserunt. Postquam autem accessit ad Antonium, primus ei dixit Antonius: Cum Deus mihi multa de te revelasset, et tuam translationem mihi significasset, te ad me accersivi necessario, ut cum nobis invicem frui licuisset, pro nobis invicem intercederemus. Cum autem eum collocasset in quodam loco longe separato, hortatus est ne recederet ante translationem. Cum autem ipse seorsum fuisset consummatus, vidit Antonius ejus animam in cælum assumptam ab angelis. Hic est ergo Amon, qui sic vixit, et sic obiit. Hunc Lycum fluvium ego cum metu pontone aliquando transmisi; est enim fossa et derivatio magni Nili.

CAPUT XI.

Vita abbatis ¹ Or (24).

In hoc monte Nitriæ fuit vir admirabilis abbas, Or nomine, habens monasteria mille fratrum, habitu angelico præditus (*Ruff.*, l. II, c. 2); ut qui cum esset nonaginta annos natus, nihil amisisset de corpore,

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Βίος τοῦ ἁγίου Ἀμοῦν καὶ τῆς ταύτου συζύγου.

Οὗτος ἔλεγεν καὶ τὸν Ἀμοῦν τοιοῦτω τρόπῳ βεβιωκέναι· Ὀρφανός, φησὶν, ὑπάρχων νεανίσκος ὡς ἑτῶν εἴκοσι δύο, βίᾳ παρὰ τοῦ ἰδίου θεοῦ γοναικί συνεζεύχθη. Καὶ μὴ δυνάμενος ἀντιστῆναι τῇ τοῦ θεοῦ ἀνάγκῃ, ἔδοξεν καὶ στεφανοῦσθαι, καὶ ἐν παστῶ καθέζεσθαι, καὶ πάντα μεμενηκέναι κατὰ τὸν γάμον. Μετὰ δὲ τὸ ἐξελθεῖν πάντας κοιμήσαντας αὐτοὺς ἐν τῶ παστῶ καὶ τῇ κλίνῃ, ἀναστάς ὁ μακάριος Ἀμοῦν ἀποκλείει τὴν θύραν, καὶ καθίσας προσκαλεῖται τὴν μακαρίαν αὐτοῦ καὶ γνησίαν σύζυγον, καὶ λέγει αὐτῇ. Δεῦρο δὴ, κυρία καὶ ἀδελφῆ, λοιπὸν διηγήσομαι σοὶ τὸ πρᾶγμα· ὁ γάμος ὃν ἐγαμήσαμεν οὗτός ἐστιν περισσὸν ἔχων οὐδέν· Καλῶς οὖν ποιήσομεν ἡμεῖς. ἔάν ἀπὸ τοῦ νῦν ἕκαστος ἡμῶν κατ' ἰδίαν καθευδῆσθαι, ἵνα καὶ τῷ Χριστῷ λοιπὸν ἀρέσωμεν, ἐκτελέσαντες ἄθικτον ἡμῶν τὴν παρθενίαν. Καὶ ἐξενεγκῶν ἐκ τοῦ κόλπου βιβλίον γεγραμμένον, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ ἀποστόλου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνεγίνωσκεν τῇ κόρῃ ἀπίρῳ οὔσῃ Γραφῶν· τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἀναγνώσεως προστιθεὶς ἀπὸ τῆς ἰδίας θεοπνεύστου διανοίας, τὸν περὶ παρθενίας καὶ ἀγνείας εἰσηγούμενος αὐτῇ βίον· ὡς τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ πληροφορηθεῖσαν ἐκείνην εἶπεῖν· Κάγῳ πέπεισμαι, κύριέ μου, τὸν ὄγνον βίον ἡδέως βιοῦσα, καὶ εἴ τι κελεύεις, τοῦτο ποιήσω λοιπὸν. Ὁ δὲ, Τοῦτο κελεύω, φησὶ, καὶ παρακαλῶ, ἵνα ἕκαστος ἡμῶν ἀπὸ τοῦ νῦν κατ' ἰδίαν μένη. Ἡ δὲ οὐκ ἠνέσχετο εἰποῦσα· Ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ μένωμεν, ἐν διαφόροις δὲ κλίναις· Ζήσας οὖν μετ' αὐτῆς ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ ἔτη δέκα ὀκτώ, διὰ πάσης ἡμέρας ἐσχόλαζεν ἐν τῷ κήπῳ καὶ τῷ βαλσαμῶνι· βαλσαμουργός γάρ ἦν· ἦτις βάλσαμος ἀμπέλου δίκην φυτεύεται, γεωργουμένη καὶ κλαδευομένη, πολλὸν ἔχουσα πόνον. Ἐσπέρας οὖν εἰσερχόμενος εἰς τὸν οἶκον, καὶ ποιῶν εὐχὰς, ἤσθιεν μετ' αὐτῆς, καὶ πάλιν νυκτερινὰς ποιῶν εὐχὰς καὶ συνάξεις, ὑπὸ βαθῶν ὄρθρον ἀπείει εἰς τὸν κήπον. Τοῦτων οὕτως ἐπιτελουμένων, καὶ ἀμφοτέρων εἰς ἀπάθειαν ἐληλακώτων, ἐνήργησαν αἱ εὐχαὶ τοῦ ἁγίου Ἀμοῦν, καὶ λέγει αὐτῷ τὰ τελευταῖα ἡ μακαρίτις ἐκείνη· Ἔχω σοὶ τι εἶπεῖν, κύριέ μου· ἵνα, ἂν μου ἀκούσης, πληροφορηθῶ ὅτι ὄντως κατὰ θεὸν ἀγαπᾷς με· Αἶγει αὐτῇ· Εἶπε ὁ βούλει· λέγει αὐτῷ· Δίκαιόν ἐστι πρᾶγμα ἄνδρα σε ὄντα θεοσεβῆ καὶ δικαιοσύνην ἀσκούντα, ὁμοίως δὲ καὶ ἐμὲ ἐζηλωκυῖαν τὴν αὐτὴν σοὶ ὁδὸν κατ' ἰδίαν μένειν, καὶ πολλοὺς ὠφελῆσθαι. Ἄτροπον γάρ ἐστι δι' ἐμὲ κρύπτεσθαι σοὶ τὴν τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἀρετὴν τῆς φιλοσοφίας, συνοικούντά μοι διὰ τὸν Κύριον ἐν ἀγνείᾳ. Ὁ δὲ εὐχαριστήσας αὐτῇ, καὶ δεδωκώς δόξαν τῷ Θεῷ, λέγει αὐτῇ· Καλῶς σοὶ ἔδοξεν, κυρία καὶ ἀδελφῆ. Καὶ εἰ τοῦτό σοι ἀρέσκει, ἔχε σὺ τοῦτον τὸν οἶκον, ἐγὼ δὲ ἀπελθὼν ποιήσω μοι ἕτερον οἶκον. Καὶ ἐξελθὼν ἀπ' αὐτῆς εἰσῆλθεν ἐνδότερον τοῦ τῆς Νιτρίας ὄρους· Οὕτω γὰρ ἦν ἐκεῖ τότε συνεχῆ μοναστήρια· Οἰκοδομεῖ ἑαυτῷ δύο θόλους κελλίων, καὶ βιώσας ἄλλα εἴκοσι καὶ δύο ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ κατορθώσας εἰς ἄκρον τὴν τῆς ἀσκήσεως ἀρετὴν, ἐν τῷ μονήρει βίῳ ἐτελεύτησε· μᾶλλον δὲ ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Ἀμοῦν, ἐτῶν ἐξήκοντα δύο, δις οὗτ' ἔτους ὄρων τὴν μακαρίαν σύμβιον αὐτοῦ.

Πατριεὶς Γε. XXXIV

A Μόνου οὖν αὐτοῦ ἐν ταῖς Νιτρίας ὑπάρχοντος, φέρουσιν παῖδα λυσσῶντα πρὸς αὐτὸν, ἀλύσει δεδεμένον· λυσσῶν γὰρ δόξας κύων, ἐκείνῳ τὴν λύσσαν μετέδωκεν· Ἐσπάρασεν οὖν ἑαυτὸν ὄλον, ἀφορήτως ἔχων τὸ πάθος· Ὡς γοῦν ἴδεν αὐτοῦ τοὺς φρονεῖς πρὸς τὴν ἱεσίαν χωροῦντας, Τί μοι κόπους παρέχετε, φησὶν, ὦ ἄνθρωποι, τὰ ὑπὲρ τὴν ἐμὴν ἀξίαν ἐπιζητοῦντες, ἔχοντες οὖν ἐν χερσὶ τὸ βοήθημα; ἀπόθετε γὰρ τὴν χεῖρα τὸν βουὸν ὃν λαθραίως ἀπεκτείνετε, καὶ ὕγιής ὁμῖν ὁ παῖς ἀποδοθήσεται. Οἱ δὲ ὡς ἠλέγχθησαν, χαίροντες ἐποίουν τὰ προσταχθέντα, τοῦ παιδὸς ὕγιάναντος εὐξαμένου αὐτοῦ.

B Ἄλλοι δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτὸν ἐπισκέψεως ἕνεκα· πρὸς οὓς δοκιμάζων τὴν γνώμην αὐτῶν ὁ ἀνὴρ ἔλεγεν· Πίθον μοι ἕνα κομίσασθε, ἵνα ἔχω ὕδωρ ἱκανὸν πρὸς ὑποδοχὴν τῶν ἐρχομένων. Οἱ δὲ ὑπέσχοντο δι' αὐτῶν ἐνεγκεῖν. Μεταμεληθεὶς δὲ ὁ ἕτερος παραγινόμενος εἰς τὴν κώμην, λέγει τῷ ἑτέρῳ· Οὐκ ἀποκτενῶ μου τὴν κήμηλον, οὐδὲ ἐπιτίθημι τὸν πίθον ἐπ' αὐτήν, ἵνα μὴ ἀποθάνῃ· Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἄλλος, τὰς οἰκείας ὑποζεύξας ὄνους, πολλῶν καμάτων τὸν πίθον ἀπήνεγκεν. Προλαβὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀμοῦν εἶπεν· Τί ὅτι ἡ κήμηλος τοῦ ἑτέρου σου τέθνηκεν, ἕως ἔτου σὺ ἐνταῦθα παραγέγονας; Ὁ δὲ ὑποστρέψας, εἶρεν αὐτὴν ἀπὸ λύκων βεβρωμένην. Πολλὰ τε καὶ ἄλλα ὁ ἀνὴρ διεπράξατο.

C Τοῦτου θαῦμα διηγήσατο ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας, γράψας εἰς τὸν περὶ Ἀντωνίου βίον, ὅτι πέρ ποτε μοναχῶν ἀποσταλέντων παρὰ Ἀντωνίου πρὸς αὐτὸν, καὶ φωνοῦντες αὐτόν· Ἦν γὰρ ἐν τῇ ἐσωτέρῃ ἐρήμῳ ὁ Ἀντώνιος. Ὡς δὲ ἀπίσαν πρὸς αὐτόν, ἀναστάς ὁ γέροντος συνεπαρεύετο αὐτοῖς· ὅτι παρέρχεσθαι ποτε μέλλον τὸν Λύκον ποταμὸν ἄμα Θεοδώρῳ μαθητῇ αὐτοῦ, εὐλαβεῖτο ἀποδύσασθαι, ἵνα μὴ γυμνὸν ἑαυτὸν ἴδῃ ποτέ. Καὶ ἐν τῷ διαπορεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πέραν εὐρέθη τοῦ ποταμοῦ, ὡς ἐν ἐκστάσει περάσας δίχα πορθμοῦ ὑπὸ ἀγγέλων μετενεχθεὶς. Οἱ δὲ ἀδελφοὶ κολύμβῳ διεπόρθμυσαν. Ὡς δὲ παρεγένετο πρὸς Ἀντώνιον, πρῶτος ὁ Ἀντώνιος εἶπεν πρὸς αὐτόν· Τοῦ Θεοῦ ἀποκαλυψάντός μοι πολλὰ περὶ σοῦ, καὶ τὴν μετάθεσίν σου δηλώσαντός μοι, ἀναγκαίως σε πρὸς ἑμαυτὸν προσεκαλεσάμην, ἵνα ἀλλήλων ἀπολαύσαντες, ὑπὲρ ἀλλήλων πρεσβεύσωμεν. Τάξας δ' αὐτὸν ἐν τόπῳ τινὶ κενωρισμένῳ μακρὰν, μὴ ἀναχωρεῖν ἐκεῖθεν μέχρι τῆς μεταθέσεως προστρέψατο. Τελειωθέντος δὲ αὐτοῦ κατὰ μόνας, ἴδεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ὁ Ἀντώνιος ἀναλαμβάνομένην εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπὸ ἀγγέλων· Οὗτός ἐστιν ὁ Ἀμοῦν, ὁ οὕτως βιώσας, καὶ οὕτως τελευτήσας, ὡς τὸν μακάριον Ἀντώνιον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἰδεῖν ὑπὸ ἀγγέλων ἀναρομένην εἰς τὸν οὐρανόν. Τοῦτον τὸν Λύκον ποταμὸν μετὰ δειλίας ἐγὼ πορθμῷ παρήλθον ποτέ. Διώρυξ γὰρ ἐστὶ τοῦ μεγάλου Νείλου.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Βίος τοῦ ἀδδᾶ Ὡρ.

Ἐν τῷ ὄρει τοῦτῳ τῆς Νιτρίας γέγονεν ἀνὴρ τις θυμιάσις, ἀδδᾶ Ὡρ ὄνομα (30) αὐτῷ, Πατὴρ μονᾶς ἔχων ἀδελφῶν χιλίων, σχῆμα ἔχοντας ἀγγελικόν, ἐγενήκοντα ἔτη πρὸς ὑπάρχων, οὐκ ἀπεβάλετο ἐκ τοῦ πλῆθους τοῦ σώματος, λαμπρὸς ἄγαν καὶ φαειρὸς

33

τῷ προσώπῳ, ὡς καὶ ὁρῶμενον μόνον, δυσωπήσιμον εἶναι τὸν ἄνδρα. Οὗτος πολλὰ πρότερον καθ' ἑαυτὸν ἀσκήσας ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ πορρωτέρᾳ, ὑπερον ἐν τῇ πλησίον ἐρήμῳ τὰ μοναστήρια συνεκρότησεν, ἔλος φοτεύσας χερσὶν οἰκείαις, ξύλων οὐκ ὄντων ἐν τῷ τόπῳ, ὡς ὕλην εἶναι τινὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ πυκνήν. Ἐλεγον γὰρ ἡμῖν οἱ περὶ αὐτὸν Πατέρες, ὅτι οὐδὲ βλαστός ἦν ὠδὲ ποτε, ὅτε πρὶν ὁ ἀνὴρ ἐκ τῆς ἐρήμου παρεγένετο· ἐφύτευσεν δὲ αὐτὸ, ἵνα μὴ διὰ τινὰ χρεῖαν οἱ συνερχόμενοι πρὸς αὐτὸν ἀδελφοὶ ἀναγκασθῶσιν περιάγειν· ἀλλὰ πᾶσιν πρόνοιαν αὐτῶν ἐποιεῖτο, εὐχόμενος τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας αὐτῶν ἀγωνιζόμενος, ἵνα ἐν μηδενὶ λείπωνται τῶν ἀνάγκαιων, καὶ μὴ πρόφασις αὐτοῖς ῥαθυμίας γένηται τις. Οὗτος ἐν τῇ ἐρήμῳ πρῶτον διάγων, ἤσθισεν μὲν βοτάνας καὶ ῥίζας γλυκείας, ἔπινεν δὲ καὶ ὕδωρ ὅτε ἠύρισκεν, ἐν εὐχαῖς καὶ ὕμνοις διατελῶν πάντα τὸν χρόνον. Ὡς δὲ λοιπὸν τὴν τελείαν τοῦ γήρως ἔφθασεν ἡλικίαν, ἄγγελος αὐτῷ φαίνεται καθ' ὄναρ ἐν τῇ ἐρήμῳ, λέγων, ἦτι· Ἐστὴ εἰς ἔθνος μέγα, καὶ πολὺν λαὸν πιστευθήσῃ, ἔσονται δὲ οἱ σωζόμενοι διὰ σοῦ χιλιάδες δέκα· οὐσπερ ἐὰν ἐνταῦθα κερδήσῃς, τοσοῦτων ἀρέξης ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι. Καὶ μηδὲν διστάσεις, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν. Οὐδέποτε γὰρ σοι λείψει τῶν πρὸς τὴν χρεῖαν, ἄχρι τῆς τελευτῆς σου, ὁσόκις ἂν ἐπικαλέσῃ τὸν Θεόν. Ταῦτα ἀκούσας, ἐπὶ τὴν πλησίον ἔρημον ὤρμησεν, καταμόνας πρῶτον διάγων· καλύθειον γὰρ μικρὸν τε ἑαυτῷ κατασκευάσας, λαχάνοις συνθέτοις μόνον ἀρκοῦμενος, πολλάκις δὲ καὶ δι' ἑβδομάδος μόνης μεταλαμβάνων, ἀγράμματος μὲν ὦν τὸ πρῶτον, ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῆς ἐρήμου εἰς τὴν οἰκουμένην ἤρχετο, χάρις αὐτῷ θεόθεν δίδεται, καὶ τὰς Γραφὰς ἔξωθεν ἀπεστῆθιζεν. Ἐπιδοθέντος γὰρ αὐτῷ βιβλίου παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἔμπειρος τῶν γραμμάτων, οὕτως λοιπὸν ἀνεγίνωσκεν. Εἰλήφει δὲ καὶ ἑτέραν χάριν, τὴν κατὰ δαίμόνων ἔλκισιαν· ὡς πολλοὺς τῶν πασχόντων καὶ μὴ βουλομένους αὐτοὺς παιστῶν βοῶντας αὐτοῦ τὴν πολιτείαν· ἴασαις τε τὰς ἄλλας ἐπιτελῶν οὐκ ἐπαύετο, ὡς συναχθῆναι πρὸς αὐτὸν μοναχοὺς τρεῖς χιλιάδας. Ἰδὼν δ' ἡμᾶς ὁ ἀνὴρ, καὶ περιχαρῆς γενόμενος, ἠσπάζετο καὶ περιεπτύξατο. Νίψας δὲ τοὺς πόδας ἡμῶν χερσὶν οἰκείαις, πρὸς διδασκάλιον ἐτρέπετο. Ἐμπειρος γὰρ ἦν λίαν τῶν Γραφῶν, θεόθεν τὴν χάριν ταύτην δεξάμενος. Πολλὰ δὲ τῶν Γραφῶν λύσας ἡμῖν κεφάλαια, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν παραδούς, ἐπὶ τὰς εὐχὰς προετρέπετο. Ἔθος γὰρ τοῖς μεγάλοις, μὴ προΐεσθαι τι τῆς σαρκὸς, πρὶν τὴν πνευματικὴν τροφήν τῇ ψυχῇ παραδοῦναι· αὕτη δὲ ἐστὶν τοῦ Χριστοῦ κοινωνία. Μεταλαβόντες οὖν ταύτης καὶ εὐχαριστήσαντες, ἐπὶ τὴν τράπεζαν προετρέπετο αὐθις ἡμᾶς, αὐτὸς ἀεὶ τῶν σπουδαίων ὑπομιμνήσκων, καθήμενος καὶ λέγων ἡμῖν τὰ πρὸς σωτηρίαν. Ἦν γοῦν τοιοῦτος ὁ ἀνὴρ ἐπίδοξος ἐν πολλοῖς Πατράσιν· ὡς πολλῶν μοναχῶν πρὸς αὐτὸν ἐρχομένων, πάντας τοὺς παρόντας ἀδελφοὺς συγκαλούμενον, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ κελλία αὐτοῖς ποιεῖν, τοῦ μὲν πηλὸν ἐπιδιδόντος, τοῦ δὲ πλίνθον, ἄλλου δὲ ὕδωρ ἀντλοῦντος, ἄλλου δὲ ξύλα κόπτοντος. Καὶ ἀποτελεσθέντων αὐτοῖς τῶν κελλίων, αὐτὸς τὰς χρεῖας ἐπήρχει τοῖς ἐρχομένοις. Οὗτος ψευδάδελφὸν ποτε ἐλθόντα πρὸς

αὐτόν, καὶ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ ἀποκρυψάμενον, ἐλέγξας αὐτόν ἐπὶ πάντων, εἰς μέσον τὰ εἶδη προσήνεγκεν· ὥστε μηκέτι τολμᾶν τινὰ ἐπὶ αὐτοῦ ψεύδεσθαι, τοσαύτην χάριν ἀρετῆς ἔχοντος, ἣν διὰ τῆς πολλῆς καὶ καλῆς πολιτείας αὐτῷ συνελέξατο. Ἦν δὲ ἰδεῖν τὸ πλῆθος τῶν σὺν αὐτῷ μοναχῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀγγέλων χοροὺς ὁμνούντων τὸν Θεόν.

Ἐπὶ πολλὴν προσεμαρτύρει ἀρετὴν πᾶσα μὲν ἡ ἀδελφότης, ἐξαιρέτως δὲ ἡ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ Μελάνη, πρὸ ἐμοῦ εἰσελθοῦσα εἰς τοῦτο τὸ ὄρος. Ἐγὼ γὰρ αὐτὸν οὐ κατέληφα ζῶντα. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ἐν τοῖς διηγήμασιν ἀνδραγαθήματα τοῦ ἀνδρός, ὅτι οὔτε ἐφύεσθαι ποτε, οὔτε ὠμοσεν, οὔτε κατηράσατό τινα, οὔτε ἐκτὸς χρεῖας ἐλάλησέν τι ποτε.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ Παμβῶ.

Τούτου τοῦ ὄρους ἐγένετο πάροικος ὁ μακάριος Παμβῶ, διδάσκαλος Διοσκόρου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ Ἀμμωνίου, καὶ Εὐσεβίου, καὶ Εὐθυμίου τῶν ἀδελφῶν, καὶ Ὀριγένους τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Δρακοντίου ἀνδρός ἐνδόξου καὶ θαυμαστοῦ. Οὗτος ὁ Παμβῶ πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα εἶχεν ἀνδραγαθήματα καὶ προτερήματα πλεῖστα καὶ διάφορα· ἐν οἷς καὶ τοῦτο αὐτοῦ ἦν πλεονέκτημα ἐν τοῖς μεγάλοις αὐτοῦ κατορθώμασιν. τοσοῦτον ἦν ὑπερόπτης χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὅσον ἀπῆται ὁ Δεσποτικὸς λόγος. Ἐν οἷς διηγεῖτό μοι ἡ μακαρία Μελάνη, ὅτι Ἐν ἀρχαῖς παραγινόμενη εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, καὶ ἀκούσασα περὶ τῆς τούτου ἀρετῆς, τοῦ μακαρίου Ἰσιδώρου τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ξενοδόχου περὶ αὐτοῦ μοι διηγησάμενου, καὶ ὁδηγήσαντος πρὸς αὐτόν εἰς τὴν ἔρημον, ὅτι προσήνεγκα αὐτῷ ἀργενταρίαν τριακοσίων λιτρῶν ἀργύρου, παρκαλέσασα αὐτὸν ἐκ τῶν πραγμάτων μου μετασχεῖν. Ὁ δὲ, φησὶ, καθεζόμενος, καὶ πλέκων θαλλοὺς, ἠυλόγησέν με φωνῇ μονῆ εἰπών. Ὁ Θεὸς δώσει σοι τὸν μισθόν. Καὶ λέγει τῷ οἰκονόμῳ αὐτοῦ Ὀριγένει· Δέξαι καὶ οἰκονόμητον αὐτὰ πᾶσι τοῖς κατὰ Λιθύην, καὶ τοῖς ἐν ταῖς νήσοις ἀδελφοῖς· ταῦτα γὰρ τὰ μοναστήρια πένεται πλέον παρὰ τὰ ἄλλα· παραγγείλας αὐτῷ μηδενὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ δοῦναι ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρήματος, διὰ τὸ εὐπορωτέραν εἶναι τὴν χώραν. Ἐγὼ δὲ, φησὶν, ἐστῶτα ἐξεδεχόμενη παρ' αὐτοῦ εὐλογίαις τιμηθῆναι, ἢ κἂν λόγῳ δοξασθῆναι ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ δόσει. Καὶ μηδὲν ἄλλως παρ' αὐτοῦ ἀκούσασα, εἶπον αὐτῷ, ὅτι Κύριε, ἵνα ἴδῃς πόσον ἐστὶν, τριακόσια λίτρα ἀργύρου εἰσὶν. Ὁ δὲ πάλιν καὶ ἐπὶ τούτῳ μὴδ' ἄλλως ἀνανεύσας, ἢ κἂν προσεχῶν τῷ σκαυεῖ τῆς θήκης, ἀπεκρίνατό μοι. Ἐπὶ ἐνήνοχας αὐτὸ, τέκνον, παρὰ σοῦ μαθεῖν τὴν ποσότητα τοῦ σταθμοῦ χρεῖαν οὐκ ἔχει. Ὁ γὰρ τὰ ὄρη σταθμίσας, καὶ τὰς νάπας στήσας ζυγῷ, πολλῷ πλέον ἐπίσταται τὴν ποσότητα τοῦ ἀργύρου. Εἰ μὲν γὰρ ἐμοὶ αὐτὸν ἐδίδως, καλῶς ἂν μοι καὶ τὸν σταθμὸν ἔλεγες· εἰ δὲ τῷ Θεῷ αὐτὰ προσήνεγκας, τῷ καὶ τοῖς δύο ὀδολοῦς μὴ παριδόντι, ἀλλὰ πλέον πάντων τούτους τιμήσαντι, σιώπη, ἡσύχαζε. Οὕτως οὖν ὠκονομησεν, φησὶν, ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἐν τῷ εἰσελθεῖν με εἰς τὸ ὄρος. Μετ' ὀλίγου χρόνον κεκοίμηται ὁ ἄνθρωπος Θεοῦ μὴ νοσήσας, μὴ ἀλγήσας τι τῶν τοῦ σώματος μελῶν, ἀλλὰ τὴν σφυρίδα καταράπτων μετεστείλατό με, καὶ

erat enim vultu nitido et alacri, adeo ut cum vel solum videretur, vir esset reverendus. Is cum longe ante se in ulteriore exercuisset solitudine, postea in propiori solitudine congregavit monasteria, palude propriis plantata manibus, cum ligna non essent in eo loco, adeo ut esset densa silva in solitudine. Dixerunt enim nobis qui cum eo erant Patres, quod ne germen quidem illic erat, quando vir ille venit ex solitudine. Ipsam autem plantavit, ne propter res necessarias, qui ad ipsum conveniebant fratres, cogentur circuire; sed eorum omnem gerebat curam, Deum orans, et pro eorum salute decertans, ut nihil eis deesset necessarium, nec esset eis ullus socordiae prætextus. Is primum quidem degens in solitudine, vescabatur herbis et dulcibus radicibus: aquam quoque bibebat quando inveniebat, in precibus et hymnis toto tempore perseverans. Postquam autem pervenit ad perfectam ætatem senectutis, angelus ei apparuit in somnis, dicens in solitudine: Eris in gentem magnam, et magnus tuæ fidei credetur populus. Qui per te autem salvi fient, erunt decies mille: quos si hic lucrificeris, totidem tibi parebunt in futuro sæculo. Neque quidquam dubitaveris, ait ei Angelus: nihil enim tibi deficiet eorum quæ sunt ad usum necessaria, usque ad mortem tuam, quoties Deum invocaveris. Hæc cum audisset, venit ad propinquam solitudinem, seorsum primum degens, sibi quodam parvo constructo tuguriolo, solum compositis contentus oleribus; sæpe etiam semel solum vescens in hebdomada. Atque erat quidem primum illitteratus; postquam autem venit ex solitudine in terram habitatam, ei gratia fuit data divinitus, et Scripturas expromebat memoriter. Ei enim libro dato a fratribus, ita deinceps legebat tanquam peritus litterarum. Aliam quoque acceperat gratiam, nempe dæmonum expellendorum, adeo ut multi ex iis qui laborabant, etiam eo nolente, clamantes ejus vitam ostenderent. Alias quoque curationes non cessabat peragere. Quo factum est ut ad eum convenirent tria millia monachorum. Cum eos autem vir ille vidisset, lætitia affectus eos salutavit, et complexus est. Cum pedes eorum propriis lavasset manibus, conversus est ad doctrinam; erat enim valde peritus litterarum, ut qui hanc gratiam accepisset divinitus. Cum autem Scripturarum multa solvisset capita, et fidem tradidisset orthodoxam, adhortatus est ad preces. Viris enim magnis mos est, nihil carnis admittere, priusquam spiritale alimentum animæ tradiderint; hæc autem est Christi communio. Cum ejus ergo fuissent participes, et egissent gratias, hortatus est ad mensam, ipse semper inter sedendum eos admonens eorum quæ sunt bona et honesta, et dicens eis ea quæ pertinent ad salutem. Fuit ergo hic vir clarus inter multos Patres, adeo ut cum multi ad eum venirent monachi, omnes præsentis fratres convocans, in uno die eis cellas faceret: uno quidem subministrante lutum, altero vero laterem, alio autem hauriente aquam. Perfectis autem cellis, ipse præbebat venientibus quæ erant necessaria. Is falsum fratrem, qui ad

A eum aliquando venerat, et vestes suas occultaverat, cum coram omnibus arguisset, in medium produxit. Quo factum est ut nemo auderet deinceps apud eum mentiri, cum tantam haberet gratiam, quam per honestam suam vitam sibi collegerat. Licebat autem videre multitudinem eorum qui cum ipso erant monachorum in ecclesia, tanquam angelorum choros Deum laudantium.

Magnam huic sancto, suo testimonio tribuit virtutem universa fraternitas: præcipue autem ancilla Dei Melania, quæ hunc montem ante me est ingressa. Ego enim eum non offendi vivum. Hæc autem præclara de hoc viro narrabat, quod nec unquam sit mentitus, neque juraverit, neque ulli male sit precatus, neque locutus sit nisi opus esset.

CAPUT X.

Vita abbatis Pambo (28).

Hujus montis accola fuit etiam abbas Pambo, qui fuit magister Dioscuri episcopi Ammonii et Eusebii et Euthymii fratrum, et Origenis filii (26) fratris Dracontii viri illustris et admirabilis. Ille Pambo multa quidem habebat et varia privilegia: inter cætera autem quæ recte et ex virtute ab eo gerebantur, hoc habebat quo erat reliquis superior, quod scilicet aurum et argentum despiciebat, quantum postulat ratio dominica. Unde mihi narravit beata Melania quod cum ab initio Roma venisset Alexandriam, et de ejus virtute audiisset a beato Isidoro presbytero et xenodocho, qui de eo mihi narravit, et ad ipsum deduxit in solitudinem. Ad eum, aiebat, attuli vasa argentea trecentarum librarum argenti, rogans eum ut rerum mearum esset particeps. Ille autem, inquit, operans, et ramos texens mihi benedixit, voce magna dicens: Deus det tibi mercedem. Et dixit suo œconomo Origeni [*Al.*, Theodoro]: Accipe, et ea dispensa universæ fraternitati quæ est in Libya et in insulis. Hæc enim monasteria magis indigent: ei præcipiens ut ex eo nihil daret iis qui erant in Ægypto, propterea quod sit regio ditior et abundantior. Ego autem, inquit, stans expectabam ut vel benedictionibus ab eo honorarer, vel verbo saltem laudarer ob tantum donum. Cum vero nihil omnino ab eo audissem, ei dixi: Domine, ut scias quantum sit, sunt trecentæ libræ argenti. Is autem rursus cum ad hoc ne omnino quidem annuisset, et nec ad vasis quidem thecam attendisset, respondit: Is cui hæc attulisti, o filia, non opus habet ut a te discat quantitatem ponderis. Qui enim montes appendit et saltus statera (*Isa.* xl, 12), multo magis scit quantitatem tui argenti. Si enim hæc mihi dares, recte mihi pondus dixisses; sed si Deo ea obtulisti, qui ne duos quidem obolos (27) despexit, sed eos plus quam omnia æstimavit (*Marci*, xii, 42). tace. Sic ergo, inquit, dispensavit gratia Domini, dum ingressa sum in hunc montem. Brevi autem post tempore dormiit homo Dei, nec ægrotans, nec in ulla parte corporis dolorem sentiens, sed sportam contexens me accersiit, et cum adesset jam extrê-

mus stimulus, dicit mihi: Gape hanc sportam a meis manibus, ut mei memineris. Nihil enim habeo aliud quod tibi relinquam. Et cum hoc dixisset, excedit sine febre, cum esset annorum septuaginta, Domino commendans spiritum. Quem cum ego curassem (28), et linteis sancti corpus involvissem et deposuissem, recessi a solitudine, usque ad diem mortis mecum habens illam sportam. Hic Pambon cum esset moriturus, in ipsa hora excessus, eum circumstantibus Origene presbytero ac œconomus (29), et Ammonio viris inclytis, et reliquis fratribus, dicitur hoc dixisse: Ex quo veni in hunc locum solitudinis, et meam œdificavi cellam, et hic habitavi, nullus fuit dies quo non aliquid operis fecerim meis manibus: nec memini me ab aliquo panem gratis datum comedisse; nec me in hanc horam pœnitet

716 alicujus sermonis, quem dixerim; et sic ad Deum recedo, ut qui nec pius quidem ac religiosus esse cœperim. Hoc quoque de eo ferebant testimonium Christi servi Origenes et Ammonius, quod nunquam de re aliqua interrogatus, quæ vel ad Scripturam, vel ad actionem negotiumve aliquod pertineret, statim responderit, sed dixerit: Nondum inveni quod respondeam; sæpe autem præterierant tres menses, et non dabat responsum, dicens: Nondum comprehendi. Tam considerate quidem ex Deo dabat responsa, ut a Deo cum omni metu omnes acciperent. Dicebatur enim hanc virtutem etiam supra magnum Antonium, et super omnes sanctos exercuisse, nempe ut esset in loquendo accuratus et perfectus.

CAPUT XI.

Vita abbatis Pior (30).

Fertur autem præter alia hæc quoque actio sancti Pambon, quod Pior, qui se in vita exercebat monastica, ad ejus cellam aliquando accedens, proprium panem detulit. Cum eum autem Pambon reprehendisset, dicens: Cor hoc fecisti? respondit Pior: Ne te gravarem. Itaque tacitus eum dimisit. Post aliquantum autem temporis accedens magnus Pambon ad cellam Pior, panem suum secum madefactum attulit. Ab eo autem rogatus, quam de causa panem attulisset madefactum, respondit Pambon: Ideo madefeci, ne ego quoque te gravarem.

CAPUT XII.

Vita abbatis Ammonii (31) et fratrum simul cum sororibus.

Ammonius, qui fuit magni Pambo discipulus, simul cum tribus fratribus et duabus sororibus, cum pervenissent ad summum pietatis ac religionis, venerunt in solitudinem, et seorsum fecerunt utrumque monasterium, virorum scilicet et mulierum, ita ut satis magnum intercederet spatium. Quoniam autem insigniter doctus erat virorum optimus Ammonius, quædam civitas desideravit eum habere episcopum. Qui cum accessissent ad beatum Timotheum episcopum, rogarunt eum ut eis episcopum ordinaret Ammonium. Ille autem dicit: Adducite eum ad me, et ego eum vobis ordinabo. Cum ergo cum magno auxilio ivissent ad eum comprehendendum, is conversus est in fugam. Cum vidisset autem se jam esse comprehensum, stans eos rogabat. Cum ii autem non parerent, juravit senex se rem non suscipere, neque

A posse egredi e solitudine. Ubi autem non cedebant, ipsis videntibus, arrepto forfice sinistram aurem sibi abscidit ad imum usque, eis dicens: Nunc intelligite fieri non posse ut ego fiam quod me cogitis, cum lex prohibeat ne ad sacerdotium provehatur is cui sunt aures amputatæ. Cum sic ergo eum dimisissent, recesserunt, et ad episcopum venientes hæc ei renuntiarent. Is autem eis dicit: Hæc lex in usu sit apud Judæos. Mihi autem si vel truncatum naribus adduxeritis qui sit bonis moribus, ego eum ordinabo. Euntes ergo eum rursus rogabant. Cum ipse autem non pareret, aggressi sunt eum vel vi adducere. Is autem eis juravit, dicens: Si me coegeritis, etiam linguam meam excindam. Eo itaque post hæc dimisso, recesserunt. Hujus Ammonii fertur hoc miraculum. Nunquam, inquiunt, si quando turpis voluptatis carunculæ insurrectio ejus corpus invasit, corpori suo pepercit; sed ferrum candens suis membris admovebat, adeo ut esset totus ulceratus. Ejus autem mensa talis fuit a juventute usque ad mortem, quod crudis scilicet vesceretur; nihil enim unquam comedebat quod igni fuisset admotum, præter panem. Vetus autem et Novum Testamentum dicebat memoriter (32); et in doctorum virorum Origenis et Didymi, et Pierii et Stephani scriptis ita erat versatus, ut sexagies centena millia versuum percurreret, ut de eo ferunt testimonium magni quoque Patres in solitudine. Hujus autem feruntur etiam prophetiæ. Tantum autem valebat in consolandis fratribus qui erant in solitudine, quantum nullus alius.

C Hoc ei suo suffragio tribuebat Evagrius, qui erat vir discernendi vi præditus, se nullum hominem vidisse qui esset magis impatibilis (33), et alienus ab omnibus animi perturbationibus (*Caute lege*).

[Hic idem sanctissimus cum a Ruffino temporis illius præfecto prætorii multiplicitate supplicatione rogatus fuisset, ut magno illo Ammonio Constantiopolim ob necessarias eremi actiones adveniente, ipse quoque dignaretur venire, vehementer id precantibus sanctis diversarum provinciarum episcopis, allisque quam pluribus eremitis (qui ad dedicationem basilicæ, quam ipse condiderat, convenerant), memoratum Ruffinum propriis manibus suscepit sacro fonte mundatum. Quem suæ conversationis merito plurimum veneratus est, sancto Ammonio cupiens in omnibus obedire: qui paulo post dormivit in Domino, sepultusque est in basilica quæ appellatur Ruffiniana; in cujus sepulcro curari feruntur cuncti diversis febribus laborantes. *Ex Heraclide, cap. 2.*]

CAPUT XIII.

Vita abbatis Benjamin (31).

In hoc monte Nitriæ fuit vir admirabilis, qui vocabatur Benjamin, qui recte et ex virtute vitam egit annis octoginta. Qui cum summe virtutem exercisset, dignatus fuit gratia curationum, adeo ut cuicunque manus imposuisset, aut quod benedixerat oleum dedisset, qui laborabat liberaretur ab omni ægritudine. Ille qui tanta gratia dignus fuerat habitus, octo mensibus ante obitum fuit hydropicus, et ejus corpus usque adeo intumuit, ut propter dolores inveniretur alius Job nostri temporis. Cum nos autem assumpsisset Dioscorus episcopus, qui tunc erat pres-

τοῦ τελευταίου κεντήματος πρὸς ἀπαρτισμὸν ὄντος, λέγει μοι, Δέξαι ταύτην τὴν σπυρίδα ἐκ τῶν ἐμῶν χειρῶν, ἵνα μέμνησαί μου. Ἄλλο γάρ σοι οὐκ ἔχω τί καταλείψω. Ἐκλιμπάνει ἀπύρετος ἐτῶν ἑβδομηκοντα, παραθέμενος τῷ Κυρίῳ τὸ πνεῦμα ὃν ἐνταφιάσασα ἐγὼ, καὶ ὀθόναις τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου ἐλίξασα, καὶ ἀποθεμένη, οὕτως ἀνεχώρησα τῆς ἐρήμου, ἕως ἡμέρας θανάτου τὴν σπυρίδα ἐκείνην μεθ' ἐαυτῆς ἔχουσα. Οὗτος ὁ Παμβῶ τελευταῖον μέλλων, κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν τοῦ ἐκλιμπάνειν αὐτὸν, παρεστῶσιν Ὁριγένει τῷ πρεσβυτέρῳ καὶ οἰκονόμῳ, καὶ Ἀμμωνίῳ, ἀνδράσι περιβοήτοις, τοῦτο λέγεται εἰρηκέναι, ὅτι Ἄφ' οὗ ἦλθον εἰς τὸν τόπον τοῦτον τῆς ἐρήμου, καὶ ὑποδομήσά μου τὴν κέλλαν, καὶ ὑψήσα ἐνθάδε, οὐκ ἐκτὸς ἔργου τῶν ἐμῶν χειρῶν πεποίηκα ἡμέραν μίαν ὁὐδὲ μέμνημαι ὄρεάν ἄρτον φαγῶν ἀπὸ τινος ὁ μεταμέλομαι ἕως τῆς ἄρτι ὥρας ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ ἐλάλησα. Καὶ οὕτως ἀπέρχομαι πρὸς τὸν Θεόν, ὡς μηδὲ ἀρξάμενος τοῦ θεοσεβεῖν. Προσεμαρτύρουν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ δοῦλοι τοῦ Χριστοῦ Ὁριγένης καὶ Ἀμμώνιος ἀφηγούμενοι ἡμῖν, ὅτι οὐδέποτε ἐρωτηθεὶς λόγον παρὰ τινος ἢ Γραφικὸν ἢ ἄλλον τινὰ πραγματικόν, εὐθὺς ἢ παραυτὰ ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ἔλεγεν μηδέπω τὴν ἀπόκρισιν εὐρηκέναι. Πολλάκις δὲ παρήλθε καὶ τρίμηνον, καὶ οὐκ ἐδίδου ἀπόκρισιν, λέγων μήπω κατειληφέναι. Οὕτω μέντοι τὰς ἀποφάσεις ἐδίδου περιεσκεμμένως κατὰ Θεόν, ὡς ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ μετὰ παντός φόβου τοὺς πάντας δέχεσθαι ταύτας. Ταύτην γὰρ τὴν ἀρετὴν ἐλέγετο καὶ ὑπὲρ τὸν μέγαν Ἀντώνιον, καὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἁγίους ἐσχηκέναι τὴν εἰς τοὺς λόγους ἀκρίθειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ Πίωρ.

Φέρεται δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ αὕτη ἡ πράξις τοῦ ἁγίου Παμβῶ ὅτι ὁ μακάριος Πίωρ ὁ ἀσκητὴς παραβλῶν αὐτοῦ τῇ κάλῃ ποτὲ, ἴδιον βαστάσας ἀπήνεγκεν ἄρτον. Ἐγκληθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ, Τίνος ἔνεκεν τοῦτο πεποίηκας; ἀπεκρίνατο ὁ Πίωρ, Ἴνα μὴ σε βαρῆσω, ὃν σιωπήσας οὕτως ἀπέλυσεν. Μετὰ τινα χρόνον παραβάλλει ὁ μέγας Παμβῶ τῇ κέλλῃ τοῦ Πίωρ καὶ βρέξας τὸν ἄρτον αὐτοῦ, οὕτως ἀπήνεγκεν. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρ' αὐτοῦ δι' ἣν αἰτίαν βεβρεγμένον ἀπήνεγκεν, ἀπεκρίνετο ὁ Παμβῶ Ἴνα μὴ κἀγὼ σε βαρῆσω, ἔβρεξα.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ Ἀμμωνίου.

Ὁ Ἀμμώνιος οὗτος μαθητὴς γεγονὼς τοῦ μεγάλου Παμβῶ ἅμα τρισὶν ἀδελφοῖς ἑτέροις, καὶ δυσὶν ἀδελφαῖς, εἰς ἄκρον φιλοθείας ἐλάσαντες, κατειλήφασιν τὴν ἐρημον, καὶ ἀμφοτέρας τὰς μονὰς κατ' ἰδίαν ποιήσαντες τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, ὡς ἱκανὸν ἀπέχειν ἀπ' ἀλλήλων διάστημα. Ἐπεὶ δὲ καθ' ὑπερβολὴν φιλόλογος ἦν ὁ ἄριστος τῶν ἀνδρῶν Ἀμμώνιος, πόλις τις τούτου ἠπάσθη εἰς λόγον ἐπισκοπῆς. Καὶ προσελθόντες Τιμοθέῳ τῷ μακαρίῳ ἐπισκόπῳ, παρεκάλουν αὐτὸν χειροτονῆσαι αὐτοῖς ἐπίσκοπον τὸν Ἀμμώνιον. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς Φέρετέ μοι αὐτὸν καὶ χειροτονῶ ὑμῖν τοῦτον. Ἀπελθόντων οὖν αὐτῶν μετὰ βοήθειας πολλῆς εἰς τὸ συλλαβέσθαι αὐτὸν, εἰς φυγὴν οὗτος ἐτρέπη. Ἰδὼν δὲ ὅτι λοιπὸν κατελήφθη, στάς παρεκάλει αὐτούς. Μὴ πειθομένων δὲ αὐτῶν, καὶ διώμνυτο μὴ καταδέχεσθαι τῷ πράγματι, μηδὲ δύνασθαι ἐξελθεῖν τῆς ἐρήμου.

Ὡς δὲ οὐ συνεχώρουν αὐτῷ, βλεπόντων πάντων ἀφαρπάσας ψαλίδα, τὸ ἀριστερὸν οὖς ἑαυτοῦ ἕως τοῦ πυθμένου ἐψάλισεν, λέγων αὐτοῖς. Κἂν ἀπὸ τοῦ νῦν πεπληροφόρησθε, ὅτι ἀδύνανον με γενέσθαι λοιπὸν ὅπερ αὐτοὶ ἀναγκάζετε, τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ὠτότμητον εἰς ἱερωσύνην μὴ προάγεσθαι. Οὕτως οὖν ἀφέντες αὐτὸν ἀνεχώρησαν, καὶ ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν ταῦτα τῷ ἐπισκόπῳ. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς, Οὗτος ὁ νόμος παρὰ Ἰουδαίους πολιτευέσθω ἑμοὶ δὲ καὶ ῥινότμητον, ἐὰν ἐνέγκητε μόνον ἄξιον τοῖς τρόποις ὄντα, χειροτονῶ. Ἀπελθόντες οὖν πάλιν παρεκάλουν αὐτόν. Μὴ πειθομένου δὲ τοῦ ὁσίου ἀνδρός, ἐπεχείρουν καὶ βίαν προτάγειν αὐτῷ. Ὁ δὲ διωμόσατο αὐτοῖς εἰπὼν, ὅτι Ἐὰν ἀναγκάστητέ με, καὶ τὴν γλῶσσάν μου ἀποτέμνω. Ἐπὶ τούτοις ἀφέντες αὐτὸν ἀνεχώρησαν. Τούτου τοῦ ἁγίου Ἀμμωνίου φέρεται τοῦτο τὸ θαῦμα. Οὐδέποτε, φησὶ, τῷ σωματίῳ αὐτοῦ ἡδονῆς ἐπαναστάτης ἀτόπου γεγούσιας, τοῦ σαρκίου αὐτοῦ ἐφείσατο, ἀλλὰ σίδηρον ἐκपुरακτώσας προσετίθει τοῖς μέλεσιν ἑαυτοῦ, ὡς πάντοτε αὐτὸν ἠλκωμένον εἶναι. Ἡ μέντοι τράπεζα αὐτοῦ τοιαύτη γέγονεν ἐκ νεότητος ἕως θανάτου ὠμοφαγία. Οὐδὲν γὰρ ὁ διὰ πυρὸς διίει ἔφαγόν ποτε ἐκτὸς ἄρτου. Πηλαιὰν δὲ καὶ Καινὴν Γραφὴν ἀπεστήθισεν καὶ ἐν συγγράμμασιν ἀνδρῶν λογάδων Ὁριγένους τε καὶ Διδύμου, καὶ Πιερίου, καὶ Στεφάνου διήλθεν μυριάδας ἑξακοσίας. Ταῦτα δὲ μαρτυροῦσιν αὐτῷ καὶ οἱ μεγάλοι τῆς ἐρήμου Πατέρες. Τούτου καὶ προφητεῖαι φέρονται. Παρακλητικὸς δὲ ἦν τοσοῦτον τοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἀδελφοῖς, εἰ καὶ τις ἄλλος.

Τούτῳ ψήφους ἐδίδου ὁ μακάριος Εὐάγριος ἀνὴρ πνευματοφόρος καὶ διακριτικός, λέγων, ὅτι Οὐδέποτε αὐτοῦ ἀπαθέστερον ἑώρακα ἀνθρώπων. Οὗτος ὁ μακάριος πολλαῖς ἱεσείαις καταδυσωπηθεὶς παρὰ Ρουφίνου τοῦ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπάρχου τῶν πραιτωρίων, εἰς τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἐλθόντος τοῦ μεγάλου Ἀμμωνίου ἐν Κωνσταντίνου πόλει διὰ χρείας τῶν τῆς ἐρήμου πολιτῶν, ἱκανῶς παρακληθεὶς, καὶ παρὰ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τῶν ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρήμου συνεληλυθότων, εἰς τὰ καταθέσια τῶν ἁγίων οὐπερ αὐτὸς ἔκτισεν μαρτυρίου (43), ἐν αὐτοῖς τοῖς καταθεσίαις ἀποδέχεται τὸν Ρουφίνον ὁ ἅγιος ἀπὸ τοῦ ἀχράντου βαπτίσματος παρὰ τῶν ἐπισκόπων, ὃν ἐσεβάσθη ἀξίως τῆς αὐτοῦ πολιτείας, εἰς πάντα ὑπακούσας τῷ ὁσίῳ ἀνδρὶ Ἀμμωνίῳ. Ὅς μετ' ὀλίγον χρόνον κοιμᾶται, καὶ θάπτεται ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῷ λεγομένῳ Ρουφινιαναῖς (44). Οὗ τὸ μνημα λέγεται θεραπεύειν πάντας τοὺς ῥιγιαζομένους.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Περὶ Βενιαμείν.

Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει τῆς Νιτρίας γέγονεν ἀνὴρ τις θαυμαστός, ὀνόματι Βενιαμείν καλούμενος, ζῶν βιώσας ἐνάρετον ἔτεσιν, ὀγδοήκοντα. Καὶ εἰς ἄκρον ἀσκήσας τὴν ἀρετὴν κατηξίωθη χαρίσματος ἰαμάτων, ὡς παντὶ ᾧ ἦν χεῖρας ἐπιτίθει, ἢ ἔλαιον εὐλογήσας ἐδίδου, πάσης ἀπηλλάττετο ἀρρώστιας ὁ ἐνοχλούμενος. Οὗτος ὁ τοῦ τηλικούτου χαρίσματος καταξίωθεὶς πρὸ ὀκτῶ μηνῶν τῆς κοιμήσεως ὑδρωπίσεν. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ὥσκειν τὸ σῶμα αὐτοῦ τῇ οἰδῆσει, ὡς ἄλλον ἰὼβ ταῖς ἀγληδύσιν εὐρεθῆναι ἐν τοῖς ἡμετέροις καιροῖς. Παραλαβὼν οὖν ἡμᾶς Διόσκορος ὁ ἐπίσκοπος, τότε δὲ πρεσβύτερος ὢν τοῦ

ἄρους τῆς Νιτρίας, ἐμέ τε καὶ τὸν μακάριον Εὐά-
 γριον, λέγει ἡμῖν· Δεῦτε, βλέπετε νέον Ἰωβ, ἐν
 τοιοῦτῳ ὄγκῳ σώματος, πάθει ἀνιάτῳ, ἀμετρον
 κεκτημένον εὐχαρίστησιν. Ἀπελθόντες οὖν ἐθεασά-
 μεθα τοσοῦτον ὄγκον τοῦ σώματος αὐτοῦ, ὡς μὴ
 δύνασθαι τὸν μικρὸν δάκτυλον τῆς χειρὸς αὐτοῦ
 περιλαμβάνειν ταῖς δύο χερσὶ τῶν διακτύλων. Μὴ
 δυνάμενοι δὲ ἡμεῖς ἐνατενίζειν τῇ τοῦ πάθους δεινό-
 τητι, τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν ἀπ' αὐτῶν ἀπεστρέφο-
 μεν. Τότε λέγει ἡμῖν ὁ μακάριος ἐκεῖνος Βενιαμῖν·
 Εὐξασθε, τέκνα, ἵνα μὴ μου ὁ ἔσωθεν ἄνθρωπος ὑδρω-
 πιάσῃ. Τοῦτο γὰρ τὸ σῶμα οὔτε με εὐπαθοῦντα
 ὤνησεν, οὔτε δυσπαθοῦντα παρέδραψεν. Τοὺς ὀκτώ
 οὖν μῆνας ἐκείνους δίφρος αὐτῷ πλατύτατος γέγο-
 νεν, ἐν ᾧ ἀδιαλείπτως ἐκαθέζετο, μηκέτι ἐν κλίνῃ
 ἀναπνεύειν δυνάμενος, διὰ τὰς λοιπὰς χρεῖας τοῦ
 σώματος. Καὶ ἐν τούτῳ ὦν τῷ ἀνιάτῳ πάθει ἄλλους
 ἴατο τοὺς ἐν οἰοισδῆποτε οὖν νοσήματι κατεχομένους.
 Ἀναγκαῖον τοίνυν ἡγησάμην ἐξηγήσασθαι τούτου τοῦ
 ἀγίου τὸ πάθος, ἵνα μὴ ξενιζώμεθα ὅταν τι περιστα-
 τικὸν δικαίως ἀνδράσι συμβαίη. Τελευτήσαντος δὲ
 τοῦ γενναίου ἐκείνου, τὰ φλία τῆς θύρας ἐπήρθη καὶ
 αἱ παραστάδες, ἵνα δυνηθῇ τὸ σῶμα ἐξενεχθῆναι τῆς
 κέλλης. Τοσοῦτος ἦν ὁ ὄγκος τοῦ σώματος τοῦ μακα-
 ρίου καὶ ἀοιδίου Πατέρος Βενιαμῖν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Περὶ Ἀπολλωνίου.

Ἀπολλωνίος τις ὀνόματι ἀπὸ πραγματευτῶν, ἀπο-
 ταξάμενος καὶ οἰκησάς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, μήτε
 τέχνην τὸ λοιπὸν μαθεῖν δυνάμενος, μήτε ἐπὶ ἀσκη-
 σιν γραφικῆν, τῷ παραθεσθῆναι τὴν ἡλικίαν,
 ζήσας ἐν τῷ ὄρει εἴκοσι ἔτη, ταύτην ἔσχεν τὴν
 ἀσκησιν. Ἐκ τῶν ἰδίων χρημάτων καὶ τῶν οἰκείων
 πόνων παντοῖα ἰατρικὰ καὶ κελλαρικὰ ἀγοράζων ἐν
 τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, πάσῃ τῇ ἀδελφότητι εἰς τὰς νόσους
 ἐπήρκει. Καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτὸν ὄρθριον μέχρι τῆς
 ἑνάτης ὥρας κυκλεύοντα τὰ ἀσκητήρια, καὶ μον-
 αστήρια, καὶ πάσας σκηνὰς τὰς ἐκεῖ, κατὰ θύραν
 εἰσερχόμενον καὶ ἐπισκοποῦντα, μὴ τις ἀνάκειται.
 Ἐβάσταζεν δὲ σταφίδας, ῥόας, ὠὰ, σιλίγνια, ὧν
 ἐπιδέονται οἱ ἀβρωστουῦντες, ταύτην ἐαυτῷ λυσιτε-
 λοῦσαν εὐρῶν πολιτείαν εἰς τὸ γῆρας τοῦ Χριστοῦ
 δούλος· ὅστις τελευτᾷ μελλῶν, ὁμοίῳ ἑαυτοῦ κατα-
 λιμπάνει τὰ γρυτάρια, παρκακλέτας αὐτὸν ταύτην
 ἐκτελεῖν τὴν διακονίαν Πεντακισχιλίων γὰρ οἰκούντων
 μοναζόντων τὸ ὄρος ἐκεῖνο, χρεῖα καὶ τῆς τοιαύτης
 ἐπισκέψεως, διὰ τὸ ἔρημον εἶναι τὸν τόπον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ', ΙΣ'.

Περὶ Παησίου καὶ Ἡσαίου.

Ἐτερός τις Παησίου καὶ Ἡσαίου οὕτω καλούμε-
 νοι ἀδελφοὶ ὑπῆρχον πατρὸς ἐμπόρου Σπανοδρόμου.
 Οἵτινες τοῦ πατρὸς αὐτῶν τελευτήσαντος ἐμερίσαντο
 τὰ ὑπάρχοντα ἐν κινήτοισι, ἃ ἔσχον ἐν μὲν νομίσματι
 πεντακισχιλίους, ἐν ἱματίοις δὲ καὶ οἰκέταις τὰ εὐ-
 ρεθέντα. Οὗτοι μετ' ἀλλήλων ἐσκέψαντο, καὶ συμβου-
 λεύοντες ἑαυτοῖς ἔλεγον πρὸς ἀλλήλους. Ἐπὶ ποῖαν
 μέθοδον ἔλθωμεν βίου, ἀδελφεῖ; ἔάν ἔλθωμεν ἐπὶ
 τὴν ἐμπορίαν, ἣν μετέβλεπεν ὁ πατήρ ἡμῶν, καὶ
 ἡμεῖς ἑτέροις ἔχομεν καταλείψαι τοὺς πόνους
 ἡμῶν. Ἴσως δὲ καὶ κινδύνοις περιπεσοῦμεθα πάντως
 ἢ ληστρικοῖς ἢ θαλαττοῖς. Δεῦρο οὖν, ἀδελφεῖ,
 ἐπὶ τὸν μοναχὸν βίου ἔλθωμεν ἡμεῖς καὶ τὰ πατρὸς

πρὸς ἡμῶν κερδήσωμεν, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν μὴ
 ἀπολέσωμεν. Ἦρσεν οὖν ἀμφοτέροις ὁ σκοπὸς τοῦ
 μονήρους βίου. Εὐρέθησαν οὖν ἄλλος κατ' ἄλλο δια-
 φωνοῦντες. Μερισάμενοι δὲ τὰ χρήματα, καὶ τὰ
 λοιπὰ πάντα, τοῦ μὲν σκοποῦ εἶχοντο ἕκαστος τοῦ
 ἀρέσαι Θεῷ, ἐνηλλαγμένη δὲ τῇ πολιτείᾳ. Ὁ μὲν
 γὰρ πάντα διασκορπίσας ἔδωκεν ἀσκητηρίοις, καὶ
 ἐκκλησίαις, καὶ φυλακαῖς· καὶ τεχνίδριον ἔμαθεν
 ὄθεν τὸν ἄρτον πορίσεται, καὶ τῇ ἀσκήσει προσέσχεν,
 καὶ τῇ προσευχῇ. Ὁ δὲ ἕτερος τούτου μηδὲν δια-
 σκορπίσας, ἀλλὰ ποιήσας ἑαυτῷ μοναστήριον, καὶ
 προσλαβόμενος ἀδελφοὺς ὀλίγους, πάντα ξένον ἐδε-
 ξιοῦντο, πάντα ἀβρωστον ἐθεράπευεν, πάντα γέροντα
 περιεκράτει, παντὶ πένητι παρεῖχεν κατὰ Σάδοκτον
 καὶ Κυριακὴν τρεῖς ἢ τέσσαρας τραπέζας ἰστών·
 τοὺς λειπομένους ἐδεξιοῦτο. Τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν
 ἐαυτοῦ βίον κατηνάλωσεν. Τούτων οὖν ἀμφοτέρων
 τελευτησάντων, διάφοροι μακχρισμοὶ ἑκατέρων ἐγέν-
 οντο παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἀμφοτέρων τελείων
 ἐν ἀρετῇ εὐρεθέντων. Καὶ τοῖς μὲν ἤρσεν ὁ τοῦ
 ἀπαξ ἀποταξάμενου βίος, τοῖς δὲ ὁ κοινωνικὸς πρὸς
 πάντας τοὺς δεομένους. Φιλονεικίας οὖν ἐμπεσοῦσης
 ἐπὶ τῇ διαφόρῳ πολιτείᾳ τούτων τῶν μακαρίων τῇ
 ἀδελφότητι, μάλιστα ἐπὶ τοῖς διαφόροις ἐπίνοις,
 ἀπέρχονται πρὸς τὸν μακάριον καὶ ἅγιον Παμδίῳ,
 καὶ ἀνατίθενται αὐτῷ τὴν περὶ τούτων ἐπίκρισιν,
 ἀξιοῦντες μαθεῖν παρ' αὐτοῦ τὴν ἀμείνω πολιτείαν.
 Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς· Ἀμφοτέροι τέλειοί εἰσι πρὸς τὸν
 Κύριον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀβραμιάϊον ἐξετέλεσεν ἔργον
 δεξιούμενος πάντας· ὁ δὲ τοῦ προφήτου Ἡλίου τὸ ἀ-
 κμπεὶς τοῦ ζήλου τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστησεως ἐνεδέ-
 ξατο. Καὶ τῶν μὲν λεγόντων, Τῶν ποδῶν σου ἀπτό-
 μεθα, πῶς δυνατόν εἶναι τούτους ἴσους, προτιμώντων
 τινῶν τὸν ἀσκητῆν, καὶ λεγόντων, ὅτι Οὗτος τὸ εὐαγ-
 γελικὸν πεπλήρωκεν πρόσταγμα, τὰ πάντα πωλή-
 σας, καὶ διαδεδωκὼς πτωχοῖς, καὶ προσκαρτερῶν
 ταῖς εὐχαῖς, κατὰ πάνταν ἡμέραν καὶ ὥραν καὶ νύκτα
 τὸν στυρὸν βραστάζων, καὶ ἀκολουθῶν τῷ Σωτῆρι,
 τῶν δὲ περὶ τοῦ ἑτέρου ἀντιφιλονεικούντων, ὅτι Καὶ
 οὗτος, δεόμεθα σου, τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα σπλάγγνα
 ἐπεδείξατο εἰς πάντας τοὺς δεομένους, ὡς καὶ εἰς
 αὐτὰς τὰς λεωφόρους ἐξερχόμενον καθῆσθαι, καὶ
 τοὺς ὀλιβομένους συνάγειν καὶ ἐπαρκεῖν· καὶ οὐ
 μόνον τὴν ἰδίαν ψυχὴν ἀνέπαυεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλων
 πολλῶν, νοσοκομῶν, καὶ ἐτικουρῶν· λέγει αὐτοῖς ὁ
 μακάριος Παμδίῳ· Πάλιν ὑμῖν ἔρω· ἀμφοτέροι εἰσιν
 ἴσοι πρὸς τὸν Κύριον· ἕκαστον δὲ ὑμῶν πληροφο-
 ρήτω περὶ αὐτῶν. Οὗτος εἰ μὴ ἤσκει τοσαύτη ἀκρό-
 τητι, οὐκ ἂν ἐγένετο ἄξιός τῃ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν
 ἀγαθότητι συγκριθῆναι. Ἐκεῖνος πάλιν ἀναπαύων
 τοὺς ξένους, καὶ τοῖς δεομένοις διακονῶν, ἰσόρροπος,
 κατὰ δύναμιν, τοῦ Κυρίου ἀναδέδεικται. Αὐτὸς γὰρ
 λέγει· Ἐγὼ οὐκ ἤλθον διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆ-
 σαι. Διάκονος ὦν καὶ οὗτος, εἰ καὶ δοκεῖ τὸ ἐκ τοῦ
 κόπου ἔχειν φορτίον, ἀλλὰ καὶ τὴν παρ' αὐτὰ εἶχεν
 ἀνάπαυσιν. Ἐκδέξασθε δὲ μικρὸν, ἵνα καὶ παρὰ τοῦ
 Θεοῦ δεξώμην τὴν περὶ αὐτῶν ἀποκάλυψιν· καὶ
 μετὰ ταῦτα ἐλθόντες μαθήσεσθε. Διαλιπόντες οὖν
 ὀλίγας ἡμέρας, ἤλθον πάλιν περὶ τούτων τὸν μέγαν
 παρκαλοῦντες. Ὁ δὲ μακάριος ἀπεκρίνατο, λέγων
 αὐτοῖς, ὡς Ἐπὶ Θεοῦ ἀμφοτέρους εἶδον ἅμα ἐστῶ-
 τας ἐν τῷ παραδείσῳ.

byter montis Nitriæ, me inquam et beatum Evagrium, dicit nobis : Adeste, videte novum Job qui in tanto corporis morbo et tanto tumore immensam habet patientiam cum gratiarum actione. Accedentes ergo vidimus tantam molem ejus corporis, ut parvum ejus digitum non possemus complecti digitis duarum manuum. Cum autem morbi gravitatem non possemus fixis oculis intueri, nostros oculos avertēbamus. Tunc dicit nobis beatus ille Benjamin : Orate, filii, ne meus internus homo sit hydropicus. Hoc enim corpus neque cum bene se haberet, mihi quidquam profuit, neque cum male, me læsit. Illi^s ergo octo mensibus facta est illi sella latissima (35), in qua sedebat assidue, ut qui non posset in lecto accumbere, propter ea quæ sunt corpori necessaria. Cum autem laboraret hoc morbo immedicabili, medebatur aliis qui tenebantur quibusvis ægri tudinibus. Necessarium itaque duxia, morbum hujus sancti exponere, ne nobis alienum videatur, si viris justis aliquis casus accidat. Egregio ergo illo viro mortuo, sublatum est limen ostii et postes, ut posset corpus efferri ex cella. Tanta erat moles corporis beati et inclyti patris Benjamin.

CAPUT XIV.

Vita Apollonii (36) qui cognominabatur ἀπὸ πραγματοποιῶν, id est a negotiatoribus.

Quidam Apollonius nomine ἀπὸ πραγματοποιῶν, id est, a negotiatoribus, cum mundo renuntiasset, et montem Nitriæ habitasset, et nec artem discere posset, nec litteras, quod ætate esset proventus, viginti annis quibus vixit in monte, hanc habuit exercitationem. Suis pecuniis et suis laboribus emens Alexandria vasa medica omne genus (37), universæ fraternitati ea suppeditabat ad morbos : et licebat cum videre a prima luce usque ad horam nonam discurrentem obeundo monasteria, et ostium ingredientem, et visentem num quis decumberet. Portabat autem uvam passam, mala punica, ova, panem sili-gineum, et ea quibus opus habent ægroti. Hanc sibi conferentem invenit vitæ rationem usque ad senium Christi servus. Qui cum esset moriturus, alteri sibi simili sua reliquit frivola, rogans eum ut idem obiret ministerium. Nam cum quinque millia monachorum illum montem habitent, tali quoque opus est curatione, quod sit locus desertus.

CAPUT XV ET XVI.

Vita Pæsii et Isaiæ (38).

Alii Pæsiius et Isaias nomine fuerunt fratres, patre mercatore Hispanico (39), qui quidem cum pater eorum esset mortuus, diviserunt facultates quas habebant in mobilibus : in nummis quidem quinque millia, in vestibus autem et servis quæ inventa fuerant. Il inter se deliberarunt, et sibi consulentes, dicebant : Quodnam vitæ iter ingrediemur, o frater ? Si exerceamus mercaturam quam pater noster exercuit, nos relinquemus aliis nostros labores, et forte incidemus in pericula vel latronum vel maris. Age

ergo, frater, vitam, aggrediamur monasticam, ut et patris nostri lucremur facultates, et nostras animas non perdamus. Placuit ergo utrisque scopus vitæ solitariae, sed inventi sunt alius in alio discrepantes. Cum itaque pecunias divisissent, et reliqua omnia, hunc quidem sibi scopum proposuerunt, ut Deo placerent, sed diverso vitæ instituto. Unus enim omnia dispergens, dedit monasteriis, et ecclesiis, et custodiis, et cum artem didicisset, ex qua sibi panem pararet, exercitationi operam dabat et orationi. Alter autem ejus nihil dispersit, sed facta sibi monasterio, et paucis assumptis fratribus, quemlibet excipiebat hospitem, quemlibet curabat ægrotum, quemvis senem retinebat, cuius pauperi dabat ; Sabbato et Dominica, tres aut quatuor mensas statuens, eos qui erant egeni excipiebat. Hoc modo vitam suam consumpsit. Ambolus autem mortuis, diversæ beatitudines utrisque dabantur a fratribus, utpote quod essent inventi ambo virtute perfecti : et aliis quidem placebat vita ejus, qui renuntiaverat ; aliis vero ea quæ communicabat omnibus egentibus. Cum ergo inter fratres incidisset contentio, propter horum beatorum diversum vitæ institutum, et maxime propter laudes diversas, vadunt ad beatum Pambo, et ad eum referunt, ut de hac re respondeat, volentes scire utramque sit melior vitæ ratio. Is autem eis dicit : Utrique sunt perfecti apud Deum. Alter quidem functus est munere Abrahamæ, qui omnes excipiebat ; alter vero suseepit firmissimum et constantissimum zelum Eliæ prophetæ, ut Deo placeret. Et cum alii quidem ei dicerent : Quomodo fieri potest, dic, quæsumus, nobis pedes tuos attingentibus (40), ut hi sint æquales. Cumque alii exercitorem præferrent et dicerent : Præceptum implevit evangelicum, ut qui omnia vendiderit et dedit pauperibus, noctu et diu perseverans in orationibus, crucem ferens, et sequens Servatorem ; contra autem alii de altero contenderent, dicentes : Hic, obsecramus te, tot et talia viscera ostendit in omnes egentes, ut exiret et sederet in viis regiis, et qui erant afflictii colligeret, et opem ferret ; neque solum suam recreavit animam, sed etiam aliorum, ægrotos curans, et eis dans auxilium. Et dicit beatus Pambo : Rursus vobis dicam : ambo sunt pares apud Dominum, unicuique autem vestrum de iis satisfaciam. Hic si non usque adeo se exercuisset, non fuisset dignus ut illum bonitati illius compararem. Ille rursus qui recreabat ac reficiebat hospites, et egenis ministrabat, ostensus est Domino pro viribus æqualis. Ipse enim dixit : Ego non veni ministrari, sed ministrare (*Matth. xx*). Hic ergo minister etsi videbatur habere onus ex labore, attamen ex ipso quoque habuit recreationem. Expectate autem paululum, ut a Deo quoque de his habeam revelationem, et postea scietis cum veneritis. Intermissis ergo aliquot dietis redierunt, de his Magnum illum rogantes Senex autem respondit illis, dicens : Ante Deum (41) vobis loquor ; vidi utrosque simul stantes in paradiso.

CAPUT XVII.

Vita Macarii junioris (42).

Quidam ætate junior, nomine Macarius, decem et octo annos natus, cum luderet cum suis æqualibus ad lacum qui dicitur Maria, pascens pecora cædem fecit involuntariam. Is cum nemini hoc dixisset, venit in solitudinem, et eo processit metu et Dei et hominum, ut non senserit se tribus annis mansisse sine tecto in solitudine. Est autem illa terra arida, idque sciunt omnes, tam qui auditione acceperunt, quam qui ex ipsa norunt experientia. Hic ipse Macarius sibi postea ædificavit cellulam; et cum in ea vixisset alios viginti et quinque annos, tanta gratia dignus est habitus, ut solitudine (43) delectatus despiceret dæmones. Ego cum eo versatus longo tempore, ab eo didici quomodo effecta esset ejus ratio ob peccatum cædis. Dicebat autem, tantum abesse ut doleret, ut etiam gratias ageret de crimine cædis. Fuit enim cædes involuntaria mihi causa salutis. Dicebat autem, ex Scripturis afferens testimonium cædis, quæ a magno Dei servo Moyse facta fuit in Ægypto, quod nisi propter cædem, et metum Pharaonis, non dignus habitus fuisset Moyses visione Domini, et tanto dono, et conscriptione sanctorum eloquiorum Spiritus. Nam cum effugisset ex Ægypto, parvenit in montem Sina. Hæc autem dico non muniens viam ad cædem aliquam; sed potius ostendens esse etiam virtutes quæ oriuntur ex casu, quando non vult quis sua sponte ad bonum accedere. Ex virtutibus enim aliæ quidem sunt quæ ex voluntate et ex nostro animi instituto proficiscuntur; aliæ vero quæ ex casu nascuntur.

CAPUT XVIII.

Vita abbatis Nathanael.

Ex veteribus sanctis fuit quidam alius, optimus Christi athleta, nomine Nathanael. Eum ego non offendi in carne; dormierat enim quindecim annis ante meum adventum in montem. Cui autem in eos incidissem qui cum hoc sancto se exercuerant, et fuerant ei tempore æquales, de viri virtute lubenter sum eos sciscitatus. Mihi autem ejus quoque cellam ostenderunt, in qua nullus adhuc habitat, quod sit terræ habitata propinquior. Ille enim beatus tunc eam condidit quando rari fuerant anachoretæ. Narravit autem mihi egregiam ejus exercitationem; nempe quod tantam habuerit in cella tolerantiam, ut nunquam dimotus sit a proposito. Cum ab initio fuisset illusus a dæmone, qui omnes illudit, qui eum labi fecerat in recordiam et animi mœrorem, et eum e cella exegerat (visus est enim esse tristis et animo angi in prima cella), illuc itaque recedens, ædificavit aliam propinquiorem pago. Postquam ergo perfecit cellam, et in ea habitavit tres vel quatuor menses, accedit noctu dæmon tauream tenens sicut lictores, præ se ferens speciem militis pannis induti, et taurea (44) edens strepitus. Cui succensus, dixit beatus Nathanael: Quis tu es qui hæc facis in meo hospicio? Dæmon autem respondit: Ego sum qui te ex tua prima cella

A exegi, et nunc veni ut te ex hac quoque fugem. Cum ergo cognovisset beatus Nathanael se fuisse illum, reversus est ad primam cellam; et spatio triginta septem annorum non est egressus extra fores, contendens cum dæmone, qui tot et tanta ei fecerat ut eum cogeret ex cella egredi, ut ne ea narrare quidem liceat. Atque inter cætera quidem hoc machinatus est bonorum inimicus, nempe ut eum probro ac dedecore afficeret, ad ejus abrumpendum institutum.

Cum septem sancti episcopi sanctum invisissent, aut ex Dei providentia, aut ex suggestionis illius tentationis, eum propemodum deturbavit a proposito. Cum enim episcopi postquam eum invisissent, orassent, et post orationem exirent, ne gressum quidem unus pedis eos comitatus est vir egregius, ne daret locum inimico bonorum. Ei ergo dicunt diaconi episcoporum: Superbe te geris, o abbas, qui non deducis episcopos. Is vero dicit eis: Ego et dominos meos episcopos colo, et omnem clerum honoro; sumque ego peccator omnium hominum peripsema: his autem omnibus et toti vitæ, quod in me est, proposito sum mortuus. Ego enim habeo scopum occultum, quem scit Dominus qui novit occulta mei cordis, cur eos non sum comitatus.

Cum ergo hic quoque actus non successisset dæmoni, rursus talem suscipit figuram. Novem mensibus ante dormitionem athletæ transformatus est in puerum duodecim annos natum, tanquam agentem asinum panem in sporta ferentem. Qui puer cum sero vespere esset prope cellam, simulabat cecidisse asinum, et se clamare: Abba Nathanael, miserere mei, et porrige mihi manum. Ille autem audivit utique vocem pueri; et aperto ostio cellæ, stans intus ei dicebat: Quis es, et quid vis tibi faciam? Respondet dæmon: Ego sum hujus monachi minister, et fero panes, quoniam est agape tui noti fratris; et cras illucescente Sabbato opus est oblationibus. Rogo ergo te ne me despicias, ne devorer ab hyænis. Sunt enim hyænæ in his locis. Stans ergo mutus beatus Nathanael, præ ingenti ejus misericordia caligabat conturbatus visceribus, et reputabat apud se quid faceret, dicens: Aut futurum est ut transgrediar mandatum, aut a proposito exeam. Postea pia apud se reputans cognitione, dixit: Melius est ne labefactem tot annorum propositum ad ignominia afficiendum et vincendum diabolium. Cum itaque Dominum rogasset, dicit puero qui cum eo loquebatur: Audi, puer, aut quicumque sis. Credo in Deum quem colo, qui dominatur cuivis spiritui, quod si auxilio revera egeas, Deus tibi mittet auxilium; et neque hyænæ, neque aliquid aliud tibi male faciet; sin autem es tentatio, hoc quoque Deus mihi exhinc jam revelabit, et clauso cellæ ostio est ingressus. Pudore autem affectus dæmon quod sic quoque esset victus, resolutus est in turbinem, onagrisque exsultantibus ac fugientibus et strepitum edentibus assimilatus, sic evanuit.

Hoc fuit certamen beati Nathanael, et hæc sunt virtutes ejus exercitationis, et pugna invicta adversus adversarium; et hic ejus celebris vitæ finis.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Περὶ Μακαρίου τοῦ ἀκούσιον φόνον ποιήσαντος.

Νεώτερός τις τῆ ἡλικία ὀνόματι Μακάριος, ὡς ἑτῶν δεκαοκτώ, ἐν τῷ παίζειν αὐτὸν μετὰ τῶν συνηλικίων παρὰ τὴν λίμνην τὴν λεγομένην Μαρίαν, τετράποδα νέμων, ἀκούσιον ἐργάσατο φόνον. Οὗτος μηδενὶ μηδὲν εἰρηκῶς καταλαμβάνει τὴν ἔρημον, καὶ εἰς τοσοῦτον ἤλασεν φόβον θεῖόν τε καὶ ἀνθρώπινον, ὡς ἀναισθητῆσαι αὐτὸν τριετίαν ἄστεγον μέιναντα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἄβροχος δὲ ἡ γῆ ἐκείνη ὑπάρχει· καὶ τοῦτο ἴσχει πάντες, καὶ οἱ διὰ λόγων γενόμενοι, καὶ οἱ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς. Ὁ αὐτὸς οὗτος Μακάριος ὑστερον ψυχοδόμησεν ἑαυτῷ κελλίον· καὶ ζήσας ἐν αὐτῷ ἄλλα εἰκοσιπέντε ἔτη, τοιοῦτου χαρίσματος ἠξιώθη, ὡς καταπτύειν δαιμόνων, ἐντροφῶν τῇ μονότητι. Τούτῳ πολλὰ συγχρονίσας ἐγὼ ἐμάνθανον παρ' αὐτοῦ πῶς αὐτοῦ ὁ διαλογισμὸς διάκεισαι ἐπὶ τῇ τοῦ φόνου ἀμαρτία. Ὁς τοσοῦτον ἔλεγεν ἀπέχειν λύπης, ὡς καὶ προσευχαριστεῖν τῇ τοῦ φόνου αἰκία. Γεγένηται γὰρ μοι, φησὶν, ὑπόθεσις σωτηρίας ὁ ἀκούσιος φόνος. Ἐλεγεν δὲ ἀπὸ Γραφῶν φέρων τὴν μαρτυρίαν τοῦ κατὰ τὸν μέγαν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως τοῦ κατὰ τὴν Αἴγυπτον φόνου, ὅτι εἰ μὴ διὰ τὸν φόβον τοῦ φόνου, οὐκ ἂν Μωϋσῆς ἠξιώθη τῆς Δεσποτικῆς θεοπτίας, καὶ τῆς τοσαύτης δωρεᾶς, καὶ τῆς συγγραφῆς τῶν ἁγίων λόγων τοῦ Πνεύματος, εἰ μὴ τῷ δέει τοῦ Φραῶ· δι' ὃ ἔδρασεν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ κατείληφεν τὸ ὄρος Τινᾶ. Ταῦτα δὲ λέγω ἐγὼ οὐχ ὁδοποιῶν εἰς φόνον τινὰ, ἀλλὰ μᾶλλον ὑποδεικνύων, ὅτι εἰσὶ καὶ περιστατικά· ἀρεταί, ὅταν μὴ ἐκουσίᾳ γνώμῃ τῷ ἀγαθῷ τις προσελθεῖν βουληθῆ. Τῶν γὰρ ἀρετῶν αἱ μὲν εἰσι προαιρετικά, αἱ δὲ περιστατικά.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Περὶ Ναθαναήλ.

Ἐτερός τις τῶν ἁγίων γέγονεν τῶν παλαιῶν ἀριστος ἀθλητῆς τοῦ Χριστοῦ, ὀνόματι Ναθαναήλ. Τοῦτον ἐγὼ ἐν σαρκὶ οὐ κατείληφα· κεκοίμητο γὰρ πρὸ τῆς ἑμῆς εἰσόδου ἐν τῷ ὄρει πρὸ ἑτῶν δεκαπέντε. Τοῖς δὲ συνασκήσασι τῷ ἁγίῳ τούτῳ καὶ συγχρονίσασι περιτυχῶν, φιλοφρόνως ἠρώτων περὶ τῆς τοῦ ἀνδρός ἀρετῆς. Ἐδειξαν δὲ μοι αὐτοὶ καὶ τὴν κέλλαν, εἰς ἣν ὄκει μὲν οὐκέτι οὐδεὶς διὰ τὸ ἐγγυτέρω εἶναι τῆς οἰκουμένης. Ἐκεῖνος γὰρ ὁ μακάριος τότε αὐτὴν ἐκτίσεν ὅτε σπάνιοι ἦσαν οἱ ἀναχωρηταί. Διηγοῦντο δὲ μοι τοῦτο περὶ αὐτοῦ ἐξαίρετον τῆς ἀσκήσεως· ὅτι τοσαύτην ἔσχεν ὑπομονὴν ἐν τῷ κελλίῳ, ὡς μὴ σαλευθῆναι ποτε τοῦτον ἀπὸ τῆς προθέσεως· ἐν οἷς ἐμπαιχθεὶς κατ' ἀρχὰς παρὰ τοῦ πᾶσιν ἐμπιζοντος καὶ ἀπατῶντος δαίμονος, τοῦ καὶ τοῦτον τῇ ἀκηδία περιβαλόντος, καὶ τῆς κέλλης αὐτὸν ἐξελάσαντος. Ἐδοξεν γὰρ ἀκηδιᾶν εἰς τὴν πρώτην κέλλαν. Ἀναχρωσάσας ἐκείνης ἀπελθὼν ἄλλην ἐκτίσεν πλησιώτερον κώμης. Μετὰ οὖν τὸ τελέσαι τὴν κέλλαν, καὶ ἐν αὐρῇ οἰκῆσαι, μετὰ τρεῖς μῆνας ἢ τέσσαρας, παραγίνεται ὁ δαίμων ἐν νυκτὶ ταυρέαν κατέχων ὡσπερ οἱ δῆμιοι, σχῆμα, ἔχων στρατιώτου ῥακοδυτοῦντος, ψόφους ἐργαζόμενος τῇ ταυρέᾳ. Πρὸς ὃν ἀχθόμενος ἔλεγεν ὁ μακάριος Ναθαναήλ, λέγων αὐτῷ· Τίς εἶ σὺ, ὅτι ταῦτα δράς ἐν τῇ ἐμῇ ξενίᾳ; Ὁ δὲ δαίμων ἀπεκρίνετο· Ἐγὼ εἰμι ὁ καὶ ἐκ τῆς πρώτης κέλλης ἐλάσας σε, καὶ νῦν ἦλθον καὶ ἐκ ταύτης φυγαδεῦσαι σε. Ἐγνωκῶς οὖν ὁ μακάριος Ναθαναήλ, ὅτι

Ἄνεπαίχθη, ὑποστρέφει αὐθις εἰς τὴν πρώτην σκέπην. Καὶ πληρώσας τριάκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη, οὐχ ὑπερέδη τὸν οὐδὸν, φιλονικήσας τῷ δαίμονι· ὅς τοσαῦτα αὐτῷ ἐνεδείξατο, ἵνα αὐτὸν ἀναγκάσῃ ἐξελεῖν ἐκ τῆς κέλλης, ὅσα οὔτε ἔστι διηγήσασθαι. Ἐν οἷς καὶ τοῦτο· Ἐπιτηρήσας ὁ μισοκάλος ἐπηρεάζεται τοῦτον ἐσπούδασεν εἰς ἐγκοπὴν τῆς προθέσεως. Ἐπτὰ ἐπισκόπων ἁγίων ἐπισκεψαμένων τὸν ἅγιον, ἢ ἐκ Θεοῦ προνοίας, ἢ ἐξ ὑποθέσεως τοῦ πειρασμοῦ, ἐξ ἐκείνου παρ' ὀλίγον αὐτὸν ἐξώκειλεν τῆς προθέσεως. Τῶν γὰρ ἐπισκόπων μετὰ τὴν ἐπίσκεψιν εὐξαμένων, καὶ μεσθ' τὴν εὐχὴν ἐξιόντων, οὐ προέπεμψεν αὐτοὺς ὁ γενναῖος οὐδὲ βῆμα ποδός, ἵνα μὴ δῶν χώραν τῷ μισοκάλῳ. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ διάκονοι τῶν ἐπισκόπων, Ἵπερήφανον πρᾶγμα ἐργάζῃ, ἄβδᾶ, μὴ προπέμψων τοὺς ἐπισκόπους. Ὁ δὲ λέγει αὐτοῖς·

Ἐγὼ καὶ τοὺς κυρίους μου τοὺς ἐπισκόπους σέβω, καὶ πάντα τὸν κληρὸν τιμῶ, καὶ πάντων ἀνθρώπων ἐγὼ ὁ ἀμικτωλὸς ηὐρίψημα. Πᾶσι δὲ τούτοις καὶ ὄλῳ τῷ βίῳ ὅσον τὸ ἐπ' ἐμοὶ τῇ προθέσει ἀπέθανον. Ἐχω γὰρ κεκρυμμένον σκοπὸν, ὃν οἶδεν ὁ Κύριος, ὁ καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς ἐμῆς καρδίας εἰδώς, διὰ τί οὐ προέπεμψα. Ἄστοχῆσας δὲ ὁ δαίμων καὶ ἐν τούτῳ τῷ δράματι, σχῆμα πάλιν τοιοῦτον ὑπέρχεται· Πρὸ ἐννέα μηνῶν τῆς κοιμήσεως τοῦ ἀθλητοῦ μεταμορφοῦται εἰς παιδάριον δεκαετῆς, ὡς ἐλαῦνον ὄνον ἄρτους ἐν σαργάνῃ βαστάζοντα. Καὶ γενόμενος ἐσπέρας βαθείας πλησίον τῆς τούτου κέλλης, ἐσχηματίσατο ὡς πεπτωκέναι τὸν ὄνον, καὶ κράζον τὸ παιδίον, Ἄβδᾶ Ναθαναήλ, ἐλέησόν με, καὶ δός μοι χεῖρα. Ἦκουσεν δὲ ἐκεῖνος τῆς φωνῆς τοῦ παιδίου δῆθεν, καὶ ἀνοίξας τὴν θύραν τῆς κέλλης, ἔσω ἔστῶς ἐλάλει αὐτῷ· Τίς εἶ, καὶ τί θέλεις ποιήσω σοι; Ἀποκρίνεται ὁ δαίμων· Ἐγὼ δὲ εἰμι τοῦδε τοῦ μοναχοῦ τὸ μελλάκιον, καὶ ἄρτους ἀποφέρω. Ἐπειδὴ ἀγάπη ἐστὶν τοῦ σοῦ γνωρίμου τοῦδε τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ αὐριον Σαββάτου διαφύοντος χρεῖα τῶν προσφορῶν. Δέομαι οὖν σου μὴ με παρῖδης, μὴ ποτε καὶ ὑπὸ ὑαινῶν βρωθῶ. Πολλοὶ γὰρ ὑαίναί εἰσιν ἐν τοῖς τόποις. Ἐνεὸς οὖν ἐστηκῶς ὁ μακάριος Ναθαναήλ, ὑπὸ πολλῆς συμπαιθείας σφόδρα ἰλιγγία, ταραττόμενος τοῖς σπλάγγχναις, καὶ ἐλογίζετο τί ποιήσει, λέγων, Ἡ τῆς ἐντολῆς ἔχω ἐκπεσεῖν, ἢ τῆς προθέσεως ἐξολισθησάμην. Ἵστερον ἐπιλογισάμενος τῷ εὐσεβεῖ λογισμῷ, εἶπεν ἐν ἑαυτῷ· Ἄμεινόν ἐστι τὸ μὴ σαλευσάμην τοσοῦτων ἑτῶν πρόθεσιν, εἰς αἰσχύνην καὶ ἤτταν τοῦ διαβόλου. Προσευξάμενος τοίνυν τῷ Κυρίῳ, λέγει πρὸς τῷ λαλοῦντι δῆθεν παιδίῳ· Ἄκουσον, παιδίον ἢ ὅστις δῆ ποτε εἶ, πιστεύω εἰς τὸν ἐν ᾧ λατρεύω τῷ δεσπόζοντι πάσης πνοῆς· ὅτι εἰ χρήζεις ὄντως βοήθειας, πέμπει σοι ὁ Θεός μου βοήθειαν, καὶ οὔτε σε ὑαίναί, οὔτε τι ἄλλο ἀδικήσει. Εἰ δὲ πειρασμός τις εἶ, καὶ τοῦτο ὁ Θεός μου ἐντεῦθεν ἤδη τὸ δράμα ἀποκαλύψει μοι· καὶ κλείσας τὴν θύραν τῆς κέλλης ἐνδοτέρῳ ἀπῆλθεν. Αἰσχυνθεὶς δὲ ὁ δαίμων καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἤττᾳ αὐτοῦ, εἰς λαίλαπα ἀνελύθη, καὶ εἰς ὀνάγρους σκιρτῶντας καὶ φεύγοντας, καὶ ψόφους ἀφ' ἑαυτῶν ἀπολύονας ἐξομωθεὶς, οὕτως ἀφαντὸς ἐγένετο.

Τοῦτο τὸ ἄθλον τοῦ μακαρίου Ναθαναήλ, καὶ αὐταὶ αὐτοῦ αἱ ἀρεταὶ τῆς ἀσκήσεως, καὶ ἡ ἀήττητος μάχη πρὸς τὸν ἀντίπαλόν, καὶ αὐτὴ αὐτοῦ ἡ διαγωγή, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ἀοιδίμου βίου τέλος.

ΚΕΦΑΛ. ΙΘ', Κ'.

Περὶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου.

Τὰ κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ ἀθανάτους Πατέρας Μακάριον τὸν Αἰγύπτιον, καὶ Μακάριον τὸν Ἀλεξανδρέα, τοὺς γενναίους ἄνδρας καὶ ἀκαταγωνίστους ἀθλητὰς, τοῦ ἐναρέτου βίου ἄθλα πολλὰ ὄντα καὶ μεγάλα, καὶ μικροῦ δεῖν δὺσπιστα τοῖς ἀπίστοις, ὀκνῶ διηγήσασθαι, καὶ γραφῇ παραδοῦναι, μὴ ποτε καὶ ψεύστου δόξαν ἀπενέγκωμαι. Ὅτι δὲ ἀπολλύει Κύριος πάντα τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος, σαφῶς ἔστιν ἰδεῖν ἀποφηνάμενον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Ἐμοῦ τοίνυν μὴ ψευδομένου διὰ τὴν χάριν τοῦ Κυρίου, πιστότατε τῶν ἀνδρῶν Λαῦσε, καὶ αὐτὸς μὴ ἀπίσται τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ἄθλοις, ἀλλὰ μᾶλλον ἐγκαλλωπίζου τούτων τῶν ἀοιδίμων, καὶ ὄντως μακαρίων, τῶν κατ' ἀξίαν τῶν ὁσίων ἄθλων αὐτῶν τῆς ἀσκήσεως καὶ τὰ ὀνόματα κεκτημένων.

Ὁ μὲν πρῶτος ἀθλητῆς τοῦ Χριστοῦ, Μακάριος ἀνόματι, Αἰγύπτιος τῷ γένει ὑπῆρχεν· ὁ δὲ δευτέρος τῇ ἡλικίᾳ, πρῶτος δὲ τοῖς προτερήμασι τῶν μοναχῶν, καὶ αὐτὸς Μακάριος καλούμενοι τῷ ὀνόματι, Ἀλεξανδρέων πολίτης γέγονεν, τραγῆματα πιπράσκων.

Καὶ τὰ μὲν πρῶτα διηγήσομαι τοῦ Αἰγυπτίου Μακαρίου τὰς ἀρετὰς, ὅς ἐζησεν τὰ σύμπαντα ἔτη ἐνενηκόντα. Ἀπὸ τούτων ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποίηκεν ἐξήκοντα ἔτη. Τριακονταετῆς ἀνελθὼν νεώτερος τῇ ἡλικίᾳ σφριγῶν, τσαυτῇ οὗτος ἐχρήσαστο καρτερίᾳ πόνων ἀτκτητικῶν ἐν ὄλοις δέκα ἔτεσιν, ὡς πολλῆς καὶ μεγάλης τοῦτον ἀξιωθῆναι διακρίσεως· ὥττε κλειῖσθαι αὐτὸν παιδαριογέροντα, ἐπειδὴ θάττον τῆς ἡλικίας προέκοψεν ταῖς ἀρεταῖς. Τεσσαρακονταετῆς γὰρ γενόμενος κατὰ πνευμάτων ἔλαβεν ἐξουσιαστικὴν δύναμιν, καὶ χάρισμα ἰαμάτων, καὶ πνεῦμα προῤῥήσεων. Κατηξιώθη δὲ καὶ τῆς ἐντίμου ἱερωσύνης, τούτῳ συνῆσαν δύο μαθηταὶ εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐγδοτάτω, τὴν καλουμένην Σκῆτιν· ὧν ὁ μὲν εἰς αὐτῶν ἦν αὐτῷ ὑπηρέτης, πλησίον αὐτοῦ διὰ παντὸς εὐρισκόμενος διὰ τὸ τοὺς εἰσερχομένους θεραπεύεσθαι· ὁ δὲ εἰς ἀνεχώρει κατ' ἰδίαν εἰς κέλλαν.

Χρόνου δὲ προκόψαντος διορατικῷ ὄμματι προβλέψας ὁ ἅγιος λέγει τῷ ὑπηρετοῦντι αὐτῷ ὀνόματι Ἰωάννη, εἰς ὕστερον δὲ γενομένῳ πρεσβυτέρῳ εἰς τὸν τόπον τοῦ ἁγίου Μακαρίου (πρεσβυτερίου γὰρ ἠξιώθη ὁ μέγας Μακάριος), ὅτι Ἄκουσόν μου, ἀδελφεῖ Ἰωάννη, καὶ ἀνάσχου μου τῆς νοθεσίας, καὶ συνενέγκαί σοι ἔχει. Πειράζῃ γὰρ, φησὶ, καὶ πειράζει σε τὸ πνεῦμα τῆς φιλαργυρίας. Οὕτω γὰρ ἐγὼ ἐώρακα. Καὶ οἶδα, ὅτι ἐάν μου ἀνάσχῃς τῆς παρακλήσεως, τελειωθήσῃ ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ δοξασθήσῃ, καὶ μᾶστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ σκηνώματί σου. Ἐάν δέ μου παρακούσης, τοῦ Γιεζῆ ἤξει ἐπὶ σὲ τὰ τέλη, οὐ καὶ τὴν νόσον νοσεῖς. Συνέβη δὲ αὐτὸν τοῦ μὲν ἁγίου τούτου παρακοῦσαι μετὰ τὴν κοίμησιν τοῦ ἀθανάτου Μακαρίου, ὑπακοῦσαι δὲ αὐτὸν τῷ τὸν Ἰούδαν τῇ φιλαργυρίᾳ τῇ ἀγχόνῃ πρυσάψαντι· καὶ μετὰ ἄλλα δεκαπέντε ἔτη, ἤγουν εἴκοσι, οὕτως αὐτὸν ἐλεφαντιάσαι νοσφισάμενον τὰ τῶν πτωχῶν, ὡς μὴ εὐρεθῆναι ἐν τῷ σώματι ἀκέραιον τόπον ἐν ᾧ τις δάκτυλον πήξοι. Καὶ αὕτη τοίνυν ἔστιν ἡ προφητεία τοῦ ἁγίου Μακαρίου.

Περὶ μὲν οὖν βρώσεως καὶ πόσεως περιττόν ἐστι καὶ τὸ διηγήσασθαι περὶ τούτων, ὁπότε οὐδὲ παρὰ τοῖς ῥαθυμοτέροις τῶν ἔξω μοναχῶν ἔστιν εὐρεθῆ-

Α ναι ἀδηφαγίαν, ἢ παρὰ τοῖς οὔσιν ἐν τοῖς τόποις ἐκεῖνοις, καὶ διὰ τὴν σπάνιν τῶν χρεῖων, καὶ διὰ τὸν κατὰ Θεὸν ζῆλον τῶν κατοικούντων ἐκεῖ, αἰεὶ πρὸς ἀλλήλους ἐκάστων φιλονεικούντων ὑπερβαίνειν τὸν πλησίον ταῖς διαφόροις πολιτεῖαις.

Περὶ δὲ τῆς ἄλλης ἀσκήσεως τούτου τοῦ οὐρανίου ἀνδρὸς, Μακαρίου λέγω, ἐλέγετο οὗτος ὁ ἅγιος ἀδιαλείπτως, ἐξίστασθαι, καὶ μᾶλλον τῷ πλείονι χρόνῳ προσδιατρίβειν Θεῷ, ἢ τοῖς ὑπ' οὐρανὸν πράγμασιν. Οὐ καὶ διάφορα φέρονται θαύματα.

Ἄνθρωπος Αἰγύπτιος ἄσωτος ἐρασθεὶς γυναικὸς ἐλευθέρας ὑπάνδρου, καὶ μὴ δυνάμενος αὐτὴν δελεᾶσαι, διὰ τὴν σωφροσύνην ταύτης πρὸς τὸν παρθενικὸν αὐτῆς ἄνδρα, προσωμίλησεν γόητι ὁ κακόσχυλος, λέγων αὐτῷ, Ἡ ἔλον ταύτην εἰς τὸ ἀγαπήσαι με, ἢ ἔργασαί τι τῇ τέχνῃ σου, ἵνα ῥίψῃ αὐτὴν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. Λαβὼν οὖν ὁ γόης τὸ ἱκανὸν παρ' αὐτοῦ, ἐχρήσαστο ταῖς ἑαυτοῦ γοητείαις καὶ μαγγανείαις. Καὶ μὴ δυνηθεὶς αὐτῆς ἐκστῆσαι τὸν νοῦν εἰς τὸ τούτῳ συνθέσθαι, παρασκευάζει αὐτὴν ὡς φοράδα φανῆναι τοῖς αὐτὴν θεωμένοις. Ἐξῶθεν τοίνυν ἐλθὼν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, ἐν σχήματι φοράδος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐβλεπεν· καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κοίτης κατακλιθεὶς, ἐξενίζετο ὅτι εἰς τὸν κράβατον αὐτοῦ φορὰς ἀνέκειτο. Κλαίει οὖν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, καὶ ὀδύρεται, μὴ εὐρίσκων τὸ πρᾶγμα· καὶ ὡς νομίζων ζῶψ προσομιλεῖν, ἀποκρίσεως οὐκ ἐτύγχανεν, ὀργιζομένης τῆς γυναικὸς. Ἐπιὶ τούτοις παρακαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους τῆς κώμης, εἰς τὸν οἶκον εἰσάγει, καὶ δείκνυσι ταύτην αὐτοῖς. Οἱ δὲ οὐδ' αὐτοὶ συνῆκαν τὴν συμφορὰν τὴν καταλαβοῦσαν αὐτούς. Ἐπὶ τρεῖς τοίνυν ἡμέρας οὔτε χόρτου μεταλάμβανεν ὡς φορὰς, οὔτε ἄρτου ὡς ἄνθρωπος, ἀμφοτέρων ἐστερημένη τῶν τροφῶν. Τέλος, ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεός, καὶ φανῇ ἡ ἀρετὴ τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ἀνέβη ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀγαγεῖν αὐτὴν εἰς τὴν ἔρημον πρὸς τὸν ὄσιον ἄνδρα· καὶ φορτιάσας αὐτὴν ὡς ἵππον, οὕτως αὐτὴν ἤγαγεν εἰς τὴν ἔρημον ἔνθα ὤκει ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. Ἐν δὲ τῷ ἐγγίσει αὐτοῦ, εἰστήκεισαν οἱ ἀδελφοὶ πλησίον τῆς κέλλης τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ἀπομαχόμενοι τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ λέγοντες, Τί ἤγαγες ὧδε τὴν φοράδα ταύτην; Ἀποκρίνεται λέγων αὐτοῖς ἐκεῖνος, Ἴνα ἐλεηθῇ τῇ προσευχῇ τοῦ δικαίου. Οἱ δὲ πρὸς αὐτόν· Τί γὰρ ἔχει κακόν; Λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνος, Ἦν ὀρᾶτε φοράδα ταύτην, γυνή μου ἦν ἀθλία, καὶ οὐκ οἶδα πῶς μετεδλήθη εἰς ἵππον· καὶ σήμερον ἔχει τρεῖς ἡμέρας μηδενὸς γευσάμενη.

D Οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα ἀναφέρουσι τῷ θεράποντι τοῦ Χριστοῦ Μακαρίῳ, περὶ αὐτῆς ἔνδον προσευχομένῳ· ἀπεκαλύφθη γὰρ αὐτῷ ἀπὸ Θεοῦ, ἀπερχομένων αὐτῶν πρὸς αὐτόν. Καὶ διὰ τοῦτο προσηύχετο φανερωθῆναι αὐτῷ τὴν αἰτίαν δι' ἣν τοῦτο ἐγένετο, ἅπερ καὶ ἤκουσεν ἐν τῇ προσευχῇ πάντα ὡς καὶ ἐγένετο. Ἀπεκρίνατο δὲ ὁ ἅγιος Μακάριος τοῖς ἀπαγγεῖλασιν αὐτῷ ἀδελφοῖς, ὅτι φοράδα τίς ποτε ἐνταῦθα ἤγαγεν, λέγων αὐτοῖς· Ὑμεῖς ἵπποι ἐστέ οἱ τῶν ἵππων ἔχοντες τοὺς ὀφθαλμούς· ἐκεῖνη δὲ γυνή ἐστίν, ὡς καὶ ἐκτίσθη, μὴ μετασχηματισθεῖσα, ἀλλὰ μόνον τοῦτο φαινομένη τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἠπατημένων. Καὶ προσαχθείσης αὐτῷ ταύτης, εὐλογήσας ὕδωρ, καὶ ἀπὸ κορυφῆς ἐκχέας αὐτῇ γυμνῇ, ἐπηύξατο τῇ ταύτης κεφαλῇ. Καὶ παραχρῆμα ἐποίησεν αὐτὴν πᾶσι τοῖς ὀρῶσι γυναῖκα φανῆναι.

CAPITA XIX ET XX

Vita abbatis Macarii Ægyptii, et Macarii Alexandrini (45).

Sanctorum et immortalium Patrum, Macarii Ægyptii et Macarii Alexandrini (*Ruff.*, l. II, c. 28, 29), egregiorum et invictorum athletarum, honestæ vitæ certamina, quæ sunt multa et magna, et incredulis prope incredibilia, et narrare vereor et scriptis mandare, ne forte mei tanquam mendacis fiat mentio. Quod autem Deus perdat omnes qui loquuntur mendacium (*Psal.* v), licet aperte videre sancto Spiritu pronuntiante.

Cum ego ergo per Dei gratiam non mentiar, hominum fidelissime Lause, ne sis quoque ipse incredulus de Patrum certaminibus; sed gloriare potius in æmulatione exercitationis eorum qui vere sunt Macarii, hoc est beati.

Atque primus quidem Christi athleta, nomine Macarius, erat genere Ægyptius; secundus autem ætate, sed in iis quæ sunt monachorum præcipua, primas partes obtinens, qui ipse quoque vocabatur Macarius, erat Alexandrinus, qui vendebat bellaria.

Et primum quidem narrabo virtutes Macarii Ægyptii, qui vixit nonaginta annos integros. Ex his in solitudine annos sexaginta. Cum triginta annos natus ascendisset, essetque ætate junior, tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur discretione, adeo ut vocaretur *παίδριωγέρων*, id est, in puerili ætate senex, quoniam citius quam pro ætate profecerat virtutibus. Cum enim esset quadraginta annos natus, et potestatem accepit contra spiritus, et gratiam curationum, et spiritum futurorum prædictionis; dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Cum eo habitaverunt duo discipuli in intima solitudine, quæ vocatur Scete: ex quibus unus quidem erat ei minister, qui semper prope ipsum inveniebatur, propter eos qui veniebant ut curarentur; alter autem seorsum sedebat in cella.

Procedente autem tempore, cum sanctus perspicaci oculo prævidisset, dicit suo ministro, Joanni nomine, qui postea factus est presbyter in loco sancti Macarii (presbyteratu enim dignus fuerat habitus magnus Macarius): Audi me, frater Joannes, et fer æquo animo meam admonitionem, eaque tibi proderit. Tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiæ. Sic enim vidi: et scio quod si meam æquo animo tuleris adhortationem, in Dei timore consummaberis et in ejus opere, et in isto loco, et laudaberis, et ad tuum tabernaculum non appropinquabit flagellum. Quod si non audieris, in te veniet finis Giezi (*IV Reg.* v), cujus vitio laboras. Contigit autem ut sancto quidem non obedierit post ejus mortem, sed obedierit ei qui Judæ alligavit laqueum propter avaritiam. Et post alios quindecim aut viginti annos, cum bona pauperum sibi usurpasset, ita laboravit elephantia, ut non inveniretur integer locus in ejus corpore, in quo quis

A posset figere digitum. Hæc est prophetia sancti Macarii.

Ac de cibo quidem et potione supervacaneum est dicere, cum nec apud eos socordiores monachos qui sunt extra inveniri possit ingluvies, aut ulla citra delectum et discrimen vivendi ratio alia ab iis qui sunt in illis locis, cum propter inopiam rerum necessariorum, tum etiam propter zelum qui est in Deum, unoquoque contendente vincere proximum diversis vitæ institutis.

De alia autem exercitatione cœlestis hujus viri, Macarii inquam, dicebatur hic sanctus esse assidue in exstasi, et majori tempore cum Deo versari quam hujus mundi rebus occupari (46); cujus etiam feruntur diversa miracula.

B Ægyptius quidam libidinosus (*Ruff.* l. II, c. 28), captus amore cujusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiam et castitatem erga conjugem virginitatis (47), convenit improbus præstigiatorum, dicens: Aut eam incita ut me amet, aut arte tua effice ut ejus maritus eam dimittat. Cum ergo præstigiator satis ab eo accepisset, usus est suis præstigiis et incantationibus; et cum non posset ejus animum movere ut ei assentiretur, efficit ut videretur equa iis qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset ejus maritus, aspexit uxorem suam in formæ equæ; cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur quod in suo cubili equa jaceret. Flet ergo ejus maritus, et lamentatur quod rem non inveniat; et quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci. Unde magis angebatur animo, cum intelligeret eam esse suam uxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutatam in equam. His de causis accersit vicini presbyteros, et domum adducit, et eis eam ostendit; sed nec ii cognoverunt calamitatem quæ ei acciderat. Tribus ergo diebus neque fenum comedit ut equa, neque panem ut homo, utroque alimento privata. Tandem ut Deus glorificaretur, et videretur virtus sancti Macarii, ascendit in cor mariti ejus ducere eam in solitudinem ad sanctum virum; et cum eam capistro ligasset ut equam, duxit in solitudinem. Dum autem appropinquassent, steterunt fratres prope cellam sancti Macarii cum ejus marito contententes, et dicentes: Cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit: Ut misericordiam consequatur sancti oratione. Illi vero dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: Quam videtis equam, ea misera erat uxor mea; neque scio quemadmodum mutata sit in equam, et jam sunt tres dies ex quo nihil comedit. Ille autem cum hæc audissent, referunt ad servum Dei Macarium eo jam intus pro illa orante; et enim Deus revelaverat, ipsis ad eum venientibus; et ideo orabat ut sibi declararetur causa propter quam hoc evenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus qui ei renuntiaverunt quemdam illuc equum adduxisse, dicens: Equi vos estis, qui habetis equorum oculos; illa enim est femina ita ut est creata, non transformata, sed sic so-

lum apparens oculis eorum qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, et in ejus nudæ caput infudisset, super ejus caput est precatus; statimque effecit ut omnibus videntibus videretur femina. Cum autem jussisset ei cibum afferri, fecit ut comederet, et eam sic curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Nunquam ecclesiam deseras, nunquam abstineas a communione Christi sacramentorum. Hæc enim tibi acciderunt, quod jam quinque hebdomadis non accessisti ad intemerata nostri Servatoris sacramenta.

Alia est actio magnæ ejus exercitationis. Magno vitæ suæ tempore a cella sua in dimidium usque stadium fodiens cuniculum, summam effecit speluncam; et si quando complures ei essent molesti, occulte e sua cella egrediens, ibat in speluncam, neque quisquam eum inveniebat. Narravit autem nobis quidam ex studiosis ejus discipulis, quod recedens usque ad speluncam per cuniculum, dicebat viginti quatuor orationes; et rediens, totidem.

De eo exiit fama, quod mortuum suscitavit (*Ruff.*, l. II, c. 28); ut persuaderet hæretico qui non confitebatur esse resurrectionem corporum. Et fuit constans hæc fama in solitudine.

Ad hunc sanctum adductus est aliquando a matre propria lamentante adolescens qui vexabatur a dæmone, a duobus adolescentibus ex utraque parte constrictus. Hunc autem ita vexabat dæmon. Trium modiorum panes postquam comedisset, et amphoræ unius Cilicensis (48) aquam bibisset, utraque eructans, cibos resolvebat in vaporem. Ab eo enim, non secus ac igne consumebantur quæ comederat et biberat. Est enim ordo quoque dæmonum qui dicitur igneus. Sunt enim dæmonum quoque sicut hominum differentiæ, non mutata essentia, verum voluntate distincta. Hic ergo adolescens cum ei mater non supeditaret, sæpe sua comedebat excrementa, et lotium bibebat. Flente ergo ejus matre, et alienam sui filii mœrente calamitatem, et sanctum valde obtestante et rogante, illum accipiens invictus Christi athleta Macarius, supplex pro eo Deum oravit. Post unum autem aut alterum diem, remisit dæmon vexationem. Tunc ergo dicit matri adolescentis sanctus Macarius: Quantum vis ut filius tuus comedat? Illa autem respondit, dicens: Rogo te, jube eum solum comedere decem libras panis. Eam autem increpans, ut quæ nimium dixerat, dixit: O mulier, cur hoc dixisti? Cumque septem dies orasset cum jejuniis, expulso ab eo pernicioso dæmone ingluviei, constituit ei vescendi rationem ad tres usque libras panis, quas deberet ipse comedere si opereratur. Cum hoc modo Dei gratia puerum emundasset, eum matri reddidit.

Has res admirabiles et præter opinionem fecit Deus per sanctum Macarium, cujus immortalis anima nunc est cum angelis. Eum ego non conveni, ubierat enim anno antequam ego ingrederer in solitudinem. Conveni autem eum qui erat ejus socius in fidei operibus, et idem venerabile nomen quod ipse habebat.

A Dico autem sanctum Macarium Alexandrinum, qui erat presbyter earum quæ dicuntur Cellarum. In quibus Cellis ergo novem annos habitans, ex quibus tres annos mecum vixit ille Macarius, in quiete sedens, ejus quidem optimæ vivendi rationis alia quidem vidi opera et signa, alia vero didici ab iis qui cum eo vixerunt.

Beatum autem Moysem (sic enim oportet eum vocare) deinceps adorti sunt dæmones, ad fornicatoriæ intemperantiæ impellentes eum consuetudinem; qui usque adeo ab ipsis fuit tentatus, sicut ipse narravit, ut parum abfuerit quin eum ab instituto dimoverent. Cum autem accessisset ad magnum Isidorum, qui sedebat in Scete, tertio ad eum retulit de bello fornicationis. Cui respondit sanctus: Ne conturberis, o frater; sunt principia, et ideo te vehementius invaserunt, priorem requirentes consuetudinem. Sicut enim canis cum assueverit in macello pernas rodere, non recedit a consuetudine; sed si fuerit clausum macellum, et nemo ei dederit, fame enectus non amplius accedit; sic tu quoque, si permanseris in tuæ continentiae exercitatione, mortificans membra tua quæ sunt supra terram (Coloss. iii), et excludens ab ingressu ingluviem quæ patri intemperantiam, ægre ferens dæmon, ut qui cibos non habeat qui accendant, a te recedet. Cum ergo secessisset Christi servus Moyses, et ab illa hora seipsum inclusisset in cella, maxima in omnibus exercebatur tolerantia, maxime autem in abstinentia a cibis,

ἔτος ἔχων ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη. Τεσσαράκοντα γὰρ ἐτῶν ἐτύγγανεν, ὅτε ἐβαπτίσθη ὁ γνήσιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος, καὶ ἀθάνατος Μακάριος.

Ἦν δὲ τὸ εἶδος ἀττήτου ἀθλητοῦ τοῦ Χριστοῦ Μακαρίου τοιοῦτον τῆς ἡλικίας. Δεῖ με γάρ καὶ περὶ τοῦτου σημεῖναί σοι, δοῦλε τοῦ Χριστοῦ, ἀκριβῶς ἐμοῦ τοῦτον γινώσκοντος, ὡς ἄτε καὶ μετ' αὐτοῦ τὴν ἐμὴν βραχύτητα συγχρονίσασαν. Ἦν οὖν τὸ εἶδος τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ὑποκολοδόν, σπανόν, ἐπὶ τοῦ χεῖλους μόνον ἔχον τρίχας· καὶ εἰς τὴν ἄκρον δὲ τοῦ γενείου εἶχεν ὀλίγας. Ὑπερβολῇ γὰρ πόνων ἀσκήσεως οὐδὲ αἱ τρίχας τῆς γενειᾶδος αὐτοῦ ἐξέφυσαν.

Τούτῳ τῷ ἁγίῳ ἐγὼ προσήλθον μιᾷ τῶν ἡμερῶν, λέγων αὐτῷ, ἐν ἀκηδία μου σφοδρὰ διάγοντος· Ἄββα Μακάριε, τί ποιήσω, ὅτι θλίβουσί με οἱ λογισμοὶ λέγοντές μοι, ὅτι Οὐδὲν ποιεῖς, ἀπελθε ἐντεῦθεν; Ἀποκρίνεται μοι λέγων ὁ ἅγιος Πατὴρ Μακάριος· Εἰπόν σου τοῖς λογισμοῖς, ὅτι Διὰ τὸν Χριστὸν τοὺς τοίχους τηρῶ.

Ταῦτά σοι, φιλόχριστε καὶ φιλομαθῆς δοῦλε Θεοῦ, ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων σημείων καὶ ἄθλων τοῦ αἰδίου καὶ ἐναρέτου ἀνδρὸς Μακαρίου ἐσήμανα.

Τοῦτο τὸ παράδοξον ὁ θαυμασιος οὗτος ἀνὴρ Μακάριος ἡμῖν διηγήσατο (ἦν γὰρ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἐπισκόπων πρεσβύτερος), λέγων· Ἐπεσημνήμαην ἐγὼ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαδόσεως τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ὅτι Μακαρίῳ τῷ ἀττήτῃ οὐδέποτε ἔδοξα ἐγὼ προσφορὰν, ἀλλ' ἄγγελος αὐτῷ ἐπεδίδου ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου λαμβάνων. Μόνον δὲ τὸν ἀστράγαλον τῆς χειρὸς ἐθεώρουν τοῦ ἐπιδιδόντος τούτῳ τὴν κοινωνίαν.

ΚΒΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ Μάρκου.

Μάρκος δὲ οὗτος νεώτερος ὢν Παλαιᾶν καὶ Καινῶν Γραφῆν ἀπεστήθισεν· πρᾶος ὢν καθ' ὑπερβολὴν, σώφρων εἰ καὶ τις ἄλλος. Μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὐκαιρούμενος ἐγὼ εἰς τὸ ἔσχατον αὐτοῦ γῆρας λοιπὸν ἀπερχομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ παρκαθέζομαι τῇ θύρᾳ τῆς κέλλης αὐτοῦ, ὡς ἄτε ἐγὼ ὁ ἀρχάριος ὢν νομίζων αὐτὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων, ὡσπερ καὶ ἦν. Καὶ ἠκροώμενη, τί ἄρα λαλεῖ, ἢ τί διαπράττεται. Καὶ μονώτατος ὢν ἐνδον περὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη ἐλάσας ἦδη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἀπολέσας, ἑαυτῷ διεμάχετο καὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ ἔλεγεν· Τί θέλεις λοιπὸν κακώγηρε; Ἴδου καὶ οἶνος ἔλαβες, καὶ ἐλαίου ἤψω. Λοιπὸν τί θέλεις ποιήσω σοι; πολιοφάγε, κοιλιόδουλε, ἑαυτὸν ἐξυβρίζων; Εἶτα καὶ τῷ διαβόλῳ· Ἀπελθε, λέγων, λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, διάβουλε, συγγεγήρακός μοι ἐν ἀδιαφορίαις Ἀσθενειάν μοι τοῦ σώματος ἐπιγράψας, οἴνου ἐποίησας μεταλαβεῖν καὶ ἐλαίου, φιλήδονόν με ἀπεργασάμενος. Μὴ ἀκμὴν σοί τι χρεῶστώ; οὐδὲν εὐρίσκεις ἐν ἐμοὶ ὃ θέλεις συλῆσαι. Ἀπελθε λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, μισάνθρωπε. Καὶ ὡς τερετίζων ἑαυτῷ ἔλεγεν διαλεγόμενος· Δεῦρο λοιπὸν, λῆρε, πολιοφάγε, φαγώγηρε, ἕως πότε ἔσομαι μετὰ σοῦ;

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ Μωυσέως τοῦ Αἰθίοπος.

Μωυσῆς οὖν καλούμενός τις, Αἰθίοψ τῷ γένει, μέλας, οἰκέτης ὑπῆρχεν πολιτευομένου τινός· ὃν διὰ πολλὴν δυστροπίαν καὶ ληστρικὴν αἰτίαν ἐβρίψεν ὁ ἴδιος δεσπότης. Ἐλέγετο γὰρ καὶ μέχρι φόνων φθάνειν αὐτόν. Ἀναγκάζομαι γὰρ λέγειν αὐτοῦ τὰ ἔργα τῆς πονηρίας, ἵνα δεῖξω αὐτοῦ τὴν μετὰ ταῦτα ἀρετὴν ἐκ μετανοίας. Διηγούντο γοῦν τινες ὅτι καὶ ἀφηγούμενος ἦν ληστῆριου μεγίστου· οὐ καὶ τοῦτο φέρεται ἐν τοῖς ἔργοις ληστρικοῖς, ὅτι ποιμένι τινὶ ἐμνησικακήσεν παρεμποδίσαντι αὐτὸν εἰς πρᾶγμα τι

ἀπιόντα, μετὰ τῶν τῆς ποιμνῆς κυνῶν ἐν νυκτί· ὃν ἀποκτεῖναι θελήσας περιενόστει τὸν τόπον ἐνθα τὴν στάσιν εἶχεν τῶν προβάτων. Ἐμηνύθη οὖν αὐτῷ ὅτι πέραν τοῦ Νεῖλου ἐστὶν· καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνος πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρητοῦντος ἐπὶ ἐν σημεῖον τῷ πλάτει, δακῶν τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐν τῷ στόματι καὶ τὸν χιτωνίσκον, ὃν ἐνεδέδυτο, ἐπιθεῖς, τῇ ἐκυτοῦ κεφαλῇ, διεπέρασεν οὕτως κολυμβήσας τὸν ποταμόν. Ἐν τῷ τοῦτον οὖν διακλυμβῶν ἠδυνήθη λαθεῖν ὁ ποιμὴν, εἰς κρύφιον ἑαυτὸν καταχώσας. Ἀποτυχὼν οὕτως Μωυσῆς τοῦ ἐγχειρήματος, τοὺς ἐξ ἐπιλογῆς τέσσαρας κριούς σφάζας, καὶ ὀθῆσας σειράδην, ἐκολύμβησεν αὐθίς τὸν Νεῖλον. Καὶ ἔλθων εἰς μικρὸν ἐναύλιον, ἀπέδειρε τοὺς κριούς. Καὶ φαγὼν τὰ κέλλιστα τῶν κρεῶν, καὶ εἰς οἶνον διαπωλήσας τὰ κώδια, σαίτην πιὼν ὡς Ἰταλικῶν δεκαοκτώ, πενήκοντα σημεῖα ἀπῆλθεν, ὅπου τὸ κολλήγιον εἶχεν.

Οὗτος ὁψέ ποτε τοῦ καιροῦ ὁ τοιοῦτος λήσταρχος κατανοχθεῖς ἐκ περιστάσεώς τινος ἐπιδέδωκεν ἑαυτὸν μοναστηρίῳ· καὶ οὕτω προσήλθεν τῷ πράγματι τῆς μετανοίας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν συμπράκτην αὐτοῦ καὶ ὑποβολέα τῶν κακῶν ἐκ νεότητος δαίμονα, τὸν εἰς πάντα αὐτῷ συναμαρτόντα, ἀντικρὺς εἰς ἐπίγνωσιν ἀγαγεῖν τοῦ Χριστοῦ. Ἐν οἷς λέγεται, ὅτι ποτὲ τούτῳ ἐπέβριψαν λησταὶ τέσσαρες καθεζομένῳ ἐν τῷ κελίῳ, ἀγνοήσαντες ὅτι Μωυσῆς ἦν οὗτος. Οὗς δεῖσας ὁ μακάριος ἀπαντας, καθάπερ σάκκον πλήρη ἀχῶρων, τοῖς ὤμοις ἑαυτοῦ ἐπιθεῖς, ἤνεγκεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἀδελφῶν, εἰπὼν, ὅτι Ἐπειδὴ οὐκέτι ἔξεστί μοι ἀδικεῖν οὐδένα, εὔρον δὲ αὐτοὺς ἐπελθόντας μοι, τί κελεύετε περὶ τούτων; Συλληφθέντες οὖν οὗτοι τούτῳ τῷ τρόπῳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μωυσέως ἐξομολογήσαντο τῷ Θεῷ. Καὶ γνωρίσαντες τοῦτον ὅτι Μωυσῆς ἐστὶν ὁ ποτὲ ὀνομαστός καὶ περιβόητος λήσταρχος, δοξάσαντες ἐπ' αὐτῷ τὸν Χριστὸν, κάκεινοι ἀπειχάντο διὰ τὴν τούτου μεταβολήν, καὶ γεγονάσι μοναχοὶ δοκιμώτατοι· λογισάμενοι τοῦτο, ὅτι εἰ οὗτος ἱκανὸς ἐνδυνάμει, καὶ κατ' ἄκραν πεποιημένος τῷ ἔργῳ τῷ ληστρικῷ, οὕτως κομψῶς πεφόβηται τὸν Θεόν, τί ἡμεῖς ἀναβαλλόμεθα τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν.

Τούτῳ τῷ μακαρίῳ Μωυσεῖ (δαῖ γὰρ αὐτὸν λοιπὸν οὕτω προσαγορεύεσθαι) ἐπέθεντο οἱ τῆς ἀσωτείας δαίμονες, εἰς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν τῆς ἀκολασίας τῆς πορνικῆς αὐτὸν κατελύοντες. Ὅς ἐπὶ τοσοῦτον ὑπ' αὐτῶν ἐπειράθη, ὡς αὐτὸς διηγήσατο, ὡς μικροῦ δεῖν τῆς προθέσεως αὐτὸν ἐξοκαῖλαι. Παραγεγόμενος οὖν οὗτος πρὸς τὸν μέγαν Ἰσιδώρον τὸν ἐν τῇ Σχῆτει καθήμενον, ἀνήνεγκεν τούτῳ τὰ περὶ τοῦ τῆς πορνείας πολέμου. Πρὸς ὃν ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος· Μηδὲν θροηθῆς, ἀδελφέ· ἀρχαὶ γὰρ εἰσιν. Διὰ τοῦτο σφοδρότερον σοι ἐπέθεντο, τὴν προτέραν ἐπιζητούντες συνήθειαν· Ὅσπερ γὰρ ὅταν κύων ἐν μακέλλῳ ἐθίσῃ κωλέας περιτρούχειν, τῆς συνιθείας οὐκ ἀναχωρεῖ· ἐὰν δὲ τις κλείσῃ τὸ μακελλεῖον, καὶ μηδεὶς αὐτῷ μηδὲν ἐπιδῷ, ἢ λιμαγχονηθεῖς, οὐκ ἔτι ἐγγίξει ἐκεῖ μηδεμίαν ἔχων βορᾶν· οὕτω καὶ σὺ, ἐὰν ἐπιμείνης τῇ σου ἀσκήσει τῆς ἐγκρατείας, νεκρώσας σου τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀποκλείσας τὴν εἰσοδὸν τῇ γαστριμαργίᾳ τῇ τικτούσῃ τὴν ἀκολασίαν, ἀκηδιάτας ὁ τῆς πορνείας δαίμων, μὴ ἔχων τὰ βρώματα τοῦτον ἐξάπτοντα, οὕτως σοὶ ἀποστήσεται. Ἀναχωρήσας οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Μωυσῆς ἀπὸ τῆς ὥσας ἐκείνης, καὶ κατακλείσας ἑαυτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ κέλλῃ, ὑπομονῇ σφοδροτάτῃ ἤσκειτο ἐν πᾶσι μάλιστα

ἀπὸ βρωμάτων, οὐδενὸς ἄλλον μεταλαμβάνων πλὴν ἄρτου ξηροῦ ἐν οὐγκίαις δέκα δύο· πλεῖστον ἐργαζόμενος ἔργον, καὶ πεντήκοντα ἐκτελῶν προσευχὰς τὴν ἡμέραν.

Κατατήξας οὖν ἑαυτοῦ τὸ σωματίον ἔμενεν ἔτι πυρούμενος, καὶ ἀδιαφόρως ἐνουπνιαζόμενος. Πάλιν οὗτος παρέβαλεν ἄλλῃ τινὶ μονάχῳ τῶν ἁγίων πάνυ δοκίμῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω, ἀδελφῶ, ὅτι σκοτιζοῦσί μου τὸν λογισμόν τὰ ἐνούπνια τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν συνηδομένης αὐτοῖς; λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος ὁ ἅγιος, ὅτι· Ἐπειδὴ τὸν νοῦν σου οὐκ ἀπέστησας τῶν περὶ ταῦτα φαντασιῶν, τούτου χάριν τὴν μουσαρὰν ταύτην ὑφίστασαι ἐπιθυμίαν. Ποίησον οὖν ὅ σοι λέγω· δὸς σεαυτὸν εἰς ἀγρουπνίαν κατὰ μικρὸν, καὶ προσεύχου νηφόντως, καὶ ἐλευθερωθήσῃ ἀπὸ τούτων ταχέως. Ἀκούσας δὲ ὁ γενναῖος καὶ ταύτης τῆς ὑποθήκης ὡς παρὰ τεχνίτου τῆς πείρας, ἀπελθὼν ἐν τῇ κέλλῃ, ἔδωκεν λόγον τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι μὴ κοιμηθῆναι διὰ πάσης τῆς νυκτός, μὴ κλίνειν γόνυ ὡς ἐπὶ προφάσει προσευχῆς, ἐπὶ τῷ φυγεῖν τὴν τυραννίδα τοῦ ὕπνου.

Μεῖνας οὖν ἐπὶ τῷ κελλήῳ ἔτη ἕξ, τὰς νύκτας πάσας μέσον τῆς κέλλης ἰστάμενος, καὶ ἀδιαλείπτως τῷ θεῷ προσευχόμενος, καὶ μὴ ἐπικαμύων τοὺς ὀφθαλμούς· λαὶ ταῦτα ποιῶν τοῦ πράγματος τῆς ἀκολάστου ἐπιθυμίας περιγενέσθαι οὐκ ἠδυνήθη. Τῷ ὄντι γὰρ ἀληθῶς ἀκόλαστος ἐπιθυμία. Ἐαυτὸν γὰρ ἐκτῆξας τοῖς πόνοις ἐκεῖνο τὸ αἰσχροὺν πάθος ὑποτάξαι· οὐκ ἴσχυσεν.

Μετὰ ταῦτα πάντα ἑαυτῷ πάλιν ἄλλην πολιτείαν σκληραγωγίας ὑπέθετο. Ἐξερχόμενος οὗτος ὁ πύκτης τοῦ Σατανᾶ (διαφόρως γὰρ τούτῳ ἐπύκτευσεν) τὰς νύκτας ἀπῆει εἰς τὰς κέλλας τῶν τοῖς πόνοις συγγεγηρακότων τῆ ἀσκήσει μοναχῶν, καὶ λοιπὸν μὴ δυναμένων τὴν τοῦ ὕδατος χρεῖαν δι' ἑαυτῶν κομίζειν, καὶ λαμβάνων τὰς ὑδρίας αὐτῶν, ἀγνοούντων ἐκεῖνων ἐπλήρου τοῦ ὕδατος. Ἀπὸ μήκους γὰρ ἔχουσιν ἐν ἐκεῖνοις τοῖς τόποις τὸ ὕδωρ, οἱ μὲν ἀπὸ δύο, οἱ δὲ ἀπὸ πέντε σημείων, οἱ δὲ ἀπὸ ἡμίσεως. Μιᾶς οὖν τῶν νυκτῶν ἐν ᾧ τοῦτο ἐποίει, ἐπιτηρήσας ὁ δαίμων, καὶ μηκέτι φέρων τοῦ ἀθλητοῦ τὴν καρτερίαν, ἐγκύφαντι αὐτῷ εἰς τὸ φρέαρ ἐπὶ τῷ τὴν ὑδρίαν πληρῶσαι τινος μοναχοῦ, δέδωκεν αὐτῷ κατὰ τῶν ψυῶν ῥοπάλῳ τινὶ, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν τῷ τόπῳ κεῖσθαι νεκρὸν, μὴδ' ὄλως αἰσθανόμενον μήτε ὁ πέπονθεν, μήτε παρὰ τίνος τοῦτο ὑπέστη. Τὴν οὖν ἄλλην ἡμέραν ἐλθὼν τις τῶν μοναχῶν ἀντλήσας, εὔρεν αὐτὸν ἐκεῖ κείμενον καὶ ψυχόρραγοντα. Καὶ ἐλθὼν ἀνήγγειλεν τῷ μεγάλῳ Ἰσιδώρῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς Σκήτεως. Ἀπελθὼν δὲ μετὰ τινῶν λαθῶν αὐτὸν ἠνεγκεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐπὶ ἐνιαυτὸν πλήρη οὗτος ἐνόσησεν, ὡς μόλις γενέσθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἰσχύϊ. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ μέγας ἱερεὺς τοῦ Χριστοῦ Ἰσιδώρος· Παῦσαι λοιπὸν τοῖς δαίμοσι φιλονεικῶν, ἀδελφὲ, καὶ μὴ αὐτοῖς ἐπέμβαινε. Μέτρα γὰρ εἰσι καὶ τῆς ἀσκήσεως τῆς πρὸς τοὺς δαίμονας ἐν τῇ ἀσκήσει. Ὁ δὲ ἀδάμαστος τοῦ Χριστοῦ Μωϋσῆς λέγει τῷ μεγάλῳ· Οὐ μὴ παύσωμαι τοῦ μάχεσθαι μετ' αὐτῶν, ἕως ἄν παύσηταί μου ἡ φαντασία τῶν ἐνουπνίων. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Ἰσιδώρος ὁ πρεσβύτερος· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν πέπαυταί σου τὰ ἀπρεπῆ ἐνούπνια. Λοιπὸν μετὰ παύσεως τοῖς μυστηρίοις κοινωνήσων. Ἴνα γὰρ μὴ καυχῆσῃ, ὡς τῆ σῆ ἀσκήσει περιγενόμενος τούτου τοῦ πάθους, διὰ τοῦτο σφοδρῶς ὑπ' αὐτοῦ

κατεδυναστεύθη πρὸς τὸ σοι συμφέρον, ἵνα μὴ ὑπὸ ἐπάρσεως καταπέσης. Ταῦτα ἀκούσας ἀπῆλθεν πάλιν εἰς τὴν κέλλαν, λοιπὸν προσέχων μεθ' ἡσυχίας τῆ τῆς ἀσκήσεως πολιτεία ἐν μέτρῳ. Μετὰ δὲ μῆνας δύο ἢ τρεῖς ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ μακαρίου Ἰσιδώρου τοῦ πρεσβυτέρου ὁ ἀσκητὴς Μωϋσῆς, μὴ ἔτι αὐτῷ ὠχλήσεν ἐκείνο τὸ πνεῦμα, εἶπεν, ὅτι Ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, ἧς ἐπηύξω μοι, ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, οὐκ ἔτι οὐδὲν μοι τοιοῦτον συμβέβηκεν. Κατηξιώθη δὲ οὗτος ὁ ἅγιος χάρισματος κατὰ δαιμόνων· οὕτως, ὡς ἡμεῖς τῶν μυιῶν ἐν τῷ χειμῶνι καταφρονοῦμεν, τοσοῦτον καὶ μᾶλλον οὗτος ὁ μέγας Μωϋσῆς παλαιστῆς τῶν δαιμόνων. Αὕτη ἡ ἐνθεὸς τῆς ἀσκήσεως πολιτεία τοῦ ἀκαταγωνίστου ἀθλητοῦ Μωϋσέως τοῦ τῷ γένει Αἰθίοπος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐθίσαντος θείᾳ χάριτι. Ὅς καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τοῖς μεγάλοις τῶν Πατέρων κατορθώμασι ἀριθμούμενος. Τελευταῖον δὲ οὗτος ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε ἐν τῇ Σκήτει, γενόμενος πρεσβύτερος, καταλιπὼν μαθητὰς ἑβδομήκοντα.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Παύλου τοῦ ἐν τῇ Φέρμῃ.

Ὅρος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐστὶν ἄκαγον ἐπὶ τὴν Σκήτιν τὴν ἔρημον, ὃ καλεῖται Φέρμη. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καθέζονται ὡς πεντακόσιοι ἄνδρες ἀσκούμενοι. Ἐν οἷς καὶ Παῦλός τις μοναχὸς οὕτω καλούμενος ἄριστος, ὅς ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ αὐτοῦ ταύτην εἶχεν τὴν πολιτείαν. Οὐκ ἔργου ἠψατό ποτε, οὐ πραγματείας τινός, οὐκ ἔλαθεν τι παρὰ τινος παρεκτός οὐ ἔμελλεν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐσθίειν. Ἔργον δὲ αὐτῷ τῆς ἀσκήσεως γέγονεν, τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. Οὗτος τετυπωμένος εἶχεν τὰς εὐχὰς τριακοσίας, τοσαύτας ψήφους συνάγων, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ κατέχων, καὶ ῥίπτων καθ' ἑκάστην εὐχὴν ἐκ τοῦ κόλπου ψήφον μίαν. Οὗτος ὁ ἐνθεὸς ἄνθρωπος παραβαλὼν συντυχίας ἕνεκεν καὶ ὠφελείας πνευματικῆς τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ λεγομένῳ πολιτικῷ, λέγει αὐτῷ· Ἀδελφῶ Μακάριε, θλίβομαι σφόδρα. Ἐνάγκασεν οὖν αὐτὸν ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος εἰπεῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν λυπεῖται· ὁ δὲ λέγει αὐτῷ·

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ παρθένου ἐπτακοσίας εὐχὰς ποιησάσης.

Ἐν κώμῃ τινὶ παρθένος τις κατοικεῖ τριακοστὸν ἔτος ἤδη ἔχουσα ἀσκουμένη· περὶ ἧς πολλοὶ μοι διηγήσαντο, ὅτι παρεκτός Σαββάτου ἢ Κυριακῆς οὐδέποτε γεύεται ἄλλην ἡμέραν, ἀλλὰ τὸν σύμπαντα χρόνον ἔλκουσα τὰς ἑβδομάδας, καὶ δι' ἡμερῶν πέντε ἐσθίουσα, ποιεῖ εὐχὰς ἐπτακοσίας. Καὶ ἀπευδόκησα ἐγὼ ἑμαυτοῦ, τοῦτο μαθὼν, καὶ λογισάμενος, ὅτι ἀνὴρ κατ' ἐκείνην τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος δημιουργηθεὶς ὑπὲρ τὰς τριακοσίας εὐχὰς ποιῆσαι οὐκ ἠδυνήθη. Ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ ἅγιος Μακάριος, λέγων· Ἐγὼ ἐξηκοστὸν ἔτος ἔχω ἀφ' οὗ ἑκατὸν τεταγμένας εὐχὰς ποιῶ καὶ τὰ πρὸς τροφὴν ἐργαζόμενος ταῖς χερσίν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τὴν ἀφειλὴν τῆς συντυχίας ἀποδιδούς· καὶ οὐ κρίνει με ὁ λογισμὸς ὡς ἀμελήσαντα. Εἰ δὲ σὺ τριακοσίας εὐχὰς ποιῶν κρίνη ὑπὸ τοῦ συνειδότος, δῆλος εἶ καθαρῶς αὐτὰς μὴ εὐχόμενος, ἢ δυνάμενος πλείονας εὐχεσθαι καὶ μὴ εὐχόμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ Εὐλογίου καὶ τοῦ λελωδημένου.

Κρόνιός μοι διηγήσατο πρεσβύτερος τῆς Νιτρίας, ὅτι νεώτερος ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ ἀκηδίας χάριν φυγὼν ἐκ τῆς μονῆς τοῦ ἀρχιμανδρίτου μου ἀλώμενος ἔφθασα ἕως τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου, Ἐκαθ-

ut qui nihil aliud sumeret præter panis sicci uncias duodecim, plurimum operans, et quinquaginta orationes quotidie peragens.

Porro autem quamvis suum macerasset corpusculum, permansit tamen inflammatus, et præcipue in somnis. Cum autem surrexisset, convenit quemdam alium monachum sanctum probatissimum, et eidicit: Quid faciam, abba? Rationi meæ tenebras offundunt somnia animi, ut qui eis ex veteri consuetudine delecter. Dicit ei ille sanctus: Non cohibuisti mentem tuam a visis quæ in eis versantur, ea de causa hæc sustines. Fac ergo quod dico. Dede te paulatim vigiliæ, et ora sobrius; et ab his cito liberaberis. Cum hoc autem monitum audiisset vir præclarus, tanquam ab eo qui erat artifex experientia, in cellam reversus, dixit ei, quod quidem sua sciat conscientia, tota nocte non dormiisse; non orationis prætextu genuflexisse, ut somni fugeret tyrannidem.

Cum annis ergo sex mansisset in cella, totas noctes stans in medio cellæ, et Deum orans assidue, et non claudens oculos, non potuit intemperantem vincere cupiditatem. Revera enim non potest vere castigari cupiditas. Cum enim seipsum tabefecisset laboribus, turpem illam affectionem non potuit subigere.

Post hæc aliam sibi suggestit rationem asperæ vitæ agendæ. Egrediens hic pugil Satanæ (varie enim cum eo decertavit) noctibus abibat ad cellas monachorum, qui se exercendo consenuerant in laboribus, et per se aquam non poterant amplius importare: et accipiens hydrias eis nescientibus, illas aqua implebat. Habent enim in illis locis aquam certa distantem longinquitate, alii quidem ad duos lapides, alii vero ad quinque, alii vero ad dimidium. Una ergo nocte qua hoc faciebat, dæmon qui eum observaverat, non amplius ferens athletæ fortitudinem, cum ipse se inclinasset in puteum, ut unius monachi impleret hydriam, clavam quamdam ei impexit in lumbos, et eum in loco reliquit jacentem mortuum, nihil omnino sentientem, neque quib, neque a quo id passus sit. Cum ergo alio die venisset quidam monachus ad aquam hauriendam, eum illic invenit jacentem linqui animo. Is autem id renuntiavit magno Isidoro presbytero Scetis. Qui abiens cum aliquot aliis, eum accepit, et tulit in ecclesiam. Ille vero anno toto ægrotavit, ut vix corpus ejus et anima convaluerit. Tunc dicit illi magnus Christi sacerdos Isidorus: Cessa deinceps, frater Moyses, contendere cum dæmonibus, et ne sic eis insultaveris, est enim modus quoque fortitudinis in exercitatione. Is autem illi dicit: Non cessabo cum eis pugnare, donec mihi cessaverit phantasia somniorum. Tunc ei dicit Christi servus Isidorus presbyter: In nomine Domini nostri Jesu Christi ab hoc temporis articulo cessabunt turpia tua somnia: bono deinceps et fidenti animo communica sacramentis (56). Ne enim gloriareris, ut qui tua exercitatione vicisses affectionem, ideo vehementer in te suam exercuit potestatem, ad tuam utilitatem,

ne incideres in animi elationem. His auditis reversus est in cellam, quiete deinceps attendens moderato instituto exercitationis. Post duos autem vel tres menses rogatus a beato Isidoro presbytero exercitator Moyses nunquid amplius ei molestiam exhibuisset spiritus, respondit: Ab illa hora qua mihi precatus est Christi servus, nihil mihi accidit ejusmodi. Dignatus est autem hic sanctus gratia adversus dæmones, adeo ut sicut nos muscas hieme contemnimus; ita, atque adeo amplius, hic magnus Moyses contemneret dæmones. Hæc est religiosa et sancta vita quam egit invictus athleta Moyses Æthiops, qui ipse quoque numerabatur inter magnos. Obiit ante [F. leg. autem] septuaginta quinque annos natus in Scete, cum factus esset presbyter, relictis septuaginta quinque discipulis.

CAPUT XXIII.

Vita abbatis Pauli (57).

Mons est in Ægypto, abducens in vastam Scetes solitudinem, qui appellatur Pherme. In hoc monte sedent circiter quingenti homines qui exercentur. Inter quos fuit etiam quidam, nomine Paulus, monachus optimus, qui toto suo tempore hanc egit vitam. Nunquam opus attigit, nec ullum suscepit negotium, nil unquam accepit ab aliquo, præterquam quod posset in ipso die comedere. Fuit autem ejus opus et exercitatio, orare perpetuo. Hic habebat trecentas preces expressas et præstitutas, totidem habens in sinu calculos, et in unaquaque oratione jaciens unum calculum (58). Is cum accessisset ad sanctum Macarium qui dicitur Politicus, ejus conveniendi gratia et propter spiritalem utilitatem, ei dicit: Abba Macari, valde affligor. Coegit eum Christi servus dicere causam propter quam molestia afficiebatur. Is vero ei dicit:

CAPUT XXIV.

De Virgine quæ faciebat septingentas orationes.

In quodam vico habitat quædam virgo, quæ trigessimum annum jam exercetur. De qua multi mihi narrarunt, quod præter Sabbatum et Dominicam nullo alio die vescitur; sed toto tempore trahens hebdomadas, et post quinque dies comedens, facit septingentas orationes. Hæc cum didicissem, meipsum reprobavi, quod vir creatus his viribus corporis, non potuerim facere plus quam trecentas orationes. Ei respondet sanctus Macarius, dicens: Sexagesimus annus agitur, ex quo centum constitutas facio orationes, et laborans manibus ea quæ sunt ad alimentum necessaria, et fratribus debitum reddens congressionis, nec mea me judicat ratio quod fuerim negligens. Si tu autem cum trecentas facias orationes, judicaris a conscientia, aperte ostendis te non pure orare, vel posse plures orationes facere quam facias.

CAPUT XXV.

De Cronio (59) presbytero.

Cronius quidam mihi narravit presbyter Nitriæ (Ruffin., l. II, cap, 25, de Cronio Antonii discipulo): Cum essem, inquit, junior ab initio, et propter animi

angorem et tristitiam fugerem ex monasterio mei archimandritæ, errans perveni ad montem sancti Antonii. Sedebat autem beatus Antonius inter Babylonem (60) et Heracleam in vasta solitudine, quæ fert ad mare Rubrum, circiter triginta milliaribus a fluvio. Cum ergo venissem ad ejus monasterium quod est prope fluvium, in quo sedebant ejus discipuli Macarius et Amatas in eo qui Pisper appellatur loco, qui eum etiam cum dormisset sepelierunt, expectavi quinque dies, ut convenirem sanctum Antonium. Dicebatur autem accedere ad hoc monasterium, aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post viginti, aliquando vero post quinque, prout expediebat pro beneficio eorum qui veniebant ad monasterium. Conveneramus ergo diversi fratres diversis de causis : inter quos fuit etiam Eulogius Alexandrinus monachus, et cum eo alius membris mancus, qui quidem propter talem causam accesserunt.

CAPUT XXVI.

De Eulogio (61) Alexandrino et eo qui erat membris mancus.

Hic Eulogius fuit disciplinarum liberalium scholasticus (*Pasch. c. 19, n. 3*), qui divino amore sauciatus, propter desiderium immortalitatis renuntiavit tumultibus ; et cum omnes suas dispersisset facultates, sibi reliquit paucos nummos, cum non posset operari. Cum ergo per se angeretur animo et esset tristis, et neque vellet cum aliis congregari, neque ut solus esset satis sibi persuaderet, invenit quemdam mancum ac mutilatum in foro projectum, qui nec manus habebat nec pedes : ei solum lingua remanserat integra ad alloquendum eos qui incidebant. Eulogius autem stans, eum fixis intuetur oculis, et Deum rogat, et cum Deo hoc modo paciscitur, dicens : Domine, propter nomen tuum accipio hunc mutilatum, et eum me recreaturum ac relecturum spondeo usque ad horam mortis ejus, ut ego quoque per eum salvus fiam. Largire ergo mihi, Christe, patientiam, ut ei inserviam. Et ad eum accedens, dicit ei : Vis ego te domo accipiam, et te recreem ac reficiam ? Ille ei dicit : Utinam dignareris, sed ego sum indignus. Vado ergo, inquit, et adducam asinum, et te hinc auferam. Cum magno autem gaudio est assensus is qui erat mutilatus. Eum ergo sustulit et portavit in suum hospitium, ejusque curam gessit in omnibus quibus opus habuit. Perpetuis ergo quindecim annis, is qui erat mutilatus benevole ab eo curabatur tanquam pater, ut qui lavaretur, ungeretur, foveretur, et portaretur manibus Eulogii, et supra suam dignitatem quidem custodiretur, morbo autem convenienter reficeretur. Post quindecim autem annos invasit dæmon eum qui erat mutilatus, volens privare Eulogium mandato et proposito, et mutilatum a refectione, et Dei gratiarum actione, seditionemque excitat in Eulogium ; multisque eum probris cœpit insequi, adeo ut eum etiam appeteret maledictis, dicens deinceps : Abi hinc, scelerate fugitive (62). Suffuratus es alienas pecunias, et dominum spoliasti ; et meo prætextu vis latere, ut qui

prætextu bene faciendi me acceperis in tuum hospitium, et propter me vis esse salvus. Eulogius autem cor ejus leniebat, dicens : Ne, domine, ne hæc dixeris ; sed dicas quam in re tibi fuerim molestus, et eam corrigam. Mancus autem dicebat arroganter : Non fero has assentationes ; aufer me hinc, et projice in foro, recuso tuam curationem. Dicebit autem Eulogius : Rogo te, patere tui curam geri, et dic si quid sit tibi grave, domine mi. Mutilatus autem magis incensus, ei dicebat : Non possum amplius ferre tuam subdolam et ironicam adulationem. Non placet mihi hæc vita parca et sordida, ego volo vesci carnibus. Patiens autem Eulogius carnes ad eum attulit. Cum eas autem vidisset impatiens : Non satis est mihi, inquit, tecum esse solum, turbas volo cernere. Et autem dicit Eulogius : Ego ad te jam adducam monachorum multitudinem. Ille autem rursus ægre ferens, dicit : Væ mihi misero : tuum aspectum ferre non possum ; et tu ad me adducis tui similes, qui cum sint otiosi, comedunt. Et insolenti voce seipsum lanians, vociferabatur, dicens : Nolo, nolo ; in forum deduci volo. O violentia ! abjice me ubi invenisti. Dico quod si habuisset manus, in animum induxisset vel se suffocare, vel sibi ense manus inferre. Cum dæmon sic eum efferasset, postea se confert Eulogius ad propinquos monachos, et dicit eis : Quid faciam ? ad desperationem me deduxit mutilatus. Dicunt ei : Quamobrem ? Ille autem : Me, inquit, graviter afficit ; nec scio quid faciam. Abjiciam ipsum ? sed Deo dedi dexteram, et timeo. Non abjiciam ? sed me dies noctesque male habet. Nescio quid faciam. Ei dicunt illi absolute : Adhuc vivit magnus ille (sic enim vocabant sanctum Antonium), ascende ad ipsum, mutilatum imponens in navigium ; et defer eum in monasterium, et exspecta donec magnus venerit e spelunca, et ad eum refer judicium, et quod tibi dixerit, sta illius sententiæ. Deus enim tibi dicet per ipsum. Verbis eorum morem gessit Eulogius, et mutilato blandiens, cum eum immisisset in cymbam pastoralem, noctu egressus est ex urbe, et tulit eum in monasterium discipulorum magni Antonii. Accidit autem ut alio die veniret magnus sero vespere, ut narravit Cronius, amictus chlamyde pellicea. Ingressus est ergo in suum monasterium, erat autem hæc ejus consuetudo, ut alloqueretur Macarium, et eum interrogaret : Frater Macari, veneruntne huc aliqui ? Respondebat Macarius : Venerunt. Dicebat autem magnus : Suntne Ægyptii, an Jerosolymitani ? Dederat autem magnus ei signum, dicens : Cum videris venisse aliquos quibus est minus negotii, dic : Adsunt Ægyptii. Quando autem videris venisse aliquos religiosiores et paulo consideratiores, dic : Sunt Jerosolymitani. Rogabat ergo magnus pro more, dicens fratri Macario : Sunt Ægyptii fratres, an Jerosolymitani ? Respondet Macarius, dicens : Est mixtura. Quando ergo dicebat Macarius : Sunt Ægyptii, dicebat ei magnus : Para eis lentem, et da eis quod comedant. Et faciebat eis unam orationem, et dimittebat eos. Quando autem dicebat : Sunt Jerosolymitani, sedebat per totam noctem, et eis dicebat ea

έξετο δὲ ὁ μακάριος οὗτος μεταξύ Βαβυλῶνος καὶ Ἡρακλείας εἰς τὴν πανέρημόν τὴν φέρουσαν κατὰ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ὡς ἀπὸ τριάκοντα σημείων τοῦ ποταμοῦ. Ἐλθόντος οὖν αὐτοῦ εἰς τὸ μοναστήριον τὸ παρὰ τὸν ποταμὸν, ἔνθα οἱ τούτου μαθηταὶ ἕκαθ-έζοντο εἰς τὸ λεγόμενον Πίσπιρ, Μακάριος καὶ Ἀμά-τας, οἱ καὶ ἔθαψαν τὸν μακάριον Ἀντώνιον κοιμη-θέντα, ἐξεδεξάμην ἡμέρας πέντε, ἵνα συντύχω τῷ ἀγίῳ Ἀντωνίῳ. Ἐλέγετο δὲ παραβάλλειν αὐτὸν τῷ μοναστηρίῳ τούτῳ, ποτὲ μὲν διὰ δέκα, ποτὲ δὲ διὰ εἴκοσι, ποτὲ δὲ διὰ πέντε ἡμερῶν, καθὼς αὐτὸν ὁ θεὸς ἤγειν ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τῶν παρατυγχανόντων ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Διάφοροι οὖν συνήχθημεν ἀδελφοὶ δια-φόρους ἔχοντες χρείας, ἐν οἷς καὶ Εὐλόγιος τις Ἀλε-ξανδρεὺς μονάζων, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλος λελωθήμε-νος· οἵτινες παρεγένοντο δι' αἰτίαν τοιάνδε.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Περὶ Εὐλόγιου, καὶ τοῦ λελωθήμενου.

Οὗτος ὁ Εὐλόγιος σχολαστικὸς ὑπῆρχεν ἐκ τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων, ὃς ἔρωτι θεῶν πληγεὶς ἐπι-θυμίᾳ ἀθανασίας ἀπετάξατο τῶν θορύβων. Καὶ πάντα διασκορπίσας τὰ ὑπάρχοντα κατέλιπεν ἑαυτῷ βραχέα νομίσματα, ἐργαζέσθαι μὴ δυνάμενος. Ἀκηδίων οὖν καθ' ἑαυτὸν, καὶ μήτε εἰς συνοδίαν βουλόμενος εἰσελ-θεῖν, μήτε δὲ μόνος πληροφορούμενος, εὐρέν τινα ἀνά τὴν ἀγορὰν ἐβρίμμενον λελωθήμενον, ὃς οὔτε χεῖρας εἶχεν, οὔτε πόδας. Τούτῳ μόνῃ ἡ γλῶττα ὑπῆρχεν ἀκατάτριπτος πρὸς συμφορὰν τῶν παρατυγ-χανόντων. Ὁ δὲ Εὐλόγιος στάς ἐνατενίζει αὐτῷ, καὶ προσεύχεται τῷ Θεῷ, καὶ τίθεται διαθήκην μετὰ τοῦ Θεοῦ, εἰπὼν, ὅτι Κύριε, ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι λαμβάνω τούτον τὸν λελωθήμενον, καὶ διαναπαύω αὐτὸν ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ, ἵνα κήγῳ διὰ τούτον σωθῶ. Χάρισαί μοι οὖν, Χριστέ, τὴν ὑπομονὴν τῆς εἰς αὐτὸν ὑπηρεσίας. Καὶ προσελθὼν τῷ λελωθήμενῳ, λέγει αὐτῷ· Θέλεις, ὁ μέγας, λαμβάνω σε εἰς τὴν οἰκίαν καὶ ἀναπαύω; Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Εἶθε κατηξίσις, ἀλλ' ἐγὼ ἀνάξιός εἰμι. Λέγει ὁ Εὐλόγιος· Οὐκοῦν ἀπέρχομαι, φέρω ὄνον, καὶ λαμβάνω σε ἔνθεν. Συν-έθετο ὁ λελωθήμενος μετὰ πολλῆς χαρᾶς. Ἐνεγκὼν οὖν ὄνον ἐκεῖνος, ἐπῆρεν αὐτὸν, καὶ ἀπήνεγκεν εἰς τὸ ἴδιον ξενίδιον. Καὶ ἦν αὐτοῦ ἐπιμελούμενος κατὰ πᾶ-σαν αὐτοῦ χρείαν. Διαρκέσας οὖν ὁ λελωθήμενος ἐπὶ ἔτη δεκαπέντε, ἐνοσοκομεῖτο παρ' αὐτοῦ ὡς πατήρ, φιλοφρόνως, λουόμενος, ἀλειφόμενος, ἐν πᾶσι θερα-πευόμενος, καὶ διαβάσταζόμενος ταῖς χερσὶ τοῦ Εὐ-λόγιου, καὶ ὑπὲρ ἀξίαν μὲν ἐκείνου δορυφορούμενος, καταλλήλως δὲ τῆς νόσου ἀναπαυόμενος. Μετὰ δὲ πεντεκαίδεκα ἔτη ὁ δαίμων ἐνέσκηψεν τῷ λελωθήμε-νῳ, θέλων τάχα καὶ τὸν Εὐλόγιον τῆς ἐντολῆς καὶ τῆς προθέσεως στερεῆσαι, καὶ τὸν λελωθήμενον τῆς ἀνα-παύσεως καὶ τῆς εὐχαριστίας Κυρίου. Καὶ ἀποστα-σιάζει οὗτος πρὸς τὸν Εὐλόγιον, καὶ ἤρξατο λέγειν κατ' αὐτοῦ δῶσφρημα, ὡς καὶ λοιδορίας λοιπὸν πλύ-ναι τὸν ἄνδρα, ἐπιλέγων αὐτῷ· Σχάτα, γλούττων, φυγοκύρι, ἀλλότρια χρήματα ἔκλεψας. Καὶ τάχα δοῦλος ὑπάρχων τὸν ἴδιον δεσπότην ἐσύλησας· καὶ τῇ ἐμῇ προφάσει βούλει λαθεῖν, ὡς ἐπὶ προφάσει δῆθεν εὐποιίας εἰς τὸ ξενίδιόν σου λασὼν με, καὶ δι' ἐμοῦ βούλει σωθῆναι. Ὁ δὲ Εὐλόγιος παρεκάλει αὐτὸν, θεραπεύων αὐτοῦ τὴν καρδίαν, λέγων· Μὴ, κύριε,

μὴ λέγε τοιαῦτα. Ἄλλ' εἰπέ τί σε ἐλύπησα, καὶ διορ-θοῦμαι. Ὁ δὲ ὄλος λελωθήμενος ἔλεγεν ἐμβριθῶς· Οὐ θέλω σου ταύτας τὰς κολακείας· ἀπένεγκε, ρίψον με ἐν τῇ ἀγορᾷ παρὰ τὴν ἐμὴν πρώτην ἀνάπαισιν. Ὁ δὲ Εὐλόγιος· Παρακαλῶ σε, θεραπεύθητι, εἴ τι λυπῆ, κύρι ὁ μέγας. Ὁ δὲ λελωθήμενος ἀγρεαίνων θυμῷ πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν· Οὐκέτι ἀνέχομαι τῆς ὑπόουλου σου καὶ εἰρωνικῆς κολακείας. Οὐκ ἀρέσκομαι τῇ ζωῇ ταυτη τῇ τεταρτιζευμένη καὶ φειδιωλῆ. Ἐγὼ κρέα θέλω ἐσθίειν. Ὁ δὲ μακρόθυμος Εὐλόγιος ἤνεγκεν αὐτῷ κρέα. Ἰδὼν δὲ αὐτὰ πάλιν, ἀνακράζει ὁ δυσπα-θής· Οὐ πληροφοροῦμαι εἶναι μετὰ σοῦ μόνου, ὄχλους θέλω βλέπειν. Λέγει αὐτῷ ὁ Εὐλόγιος· Ἐγὼ σοὶ φέρω ἄρτι πλῆθος ἀδελφῶν Ὁ δὲ πάλιν ἀπόδυσπε-τῶν λέγει· Οὐαί μοι τῷ ταλαιπώρῳ, τὴν σὴν ὄψιν οὐ θέλω ἰδεῖν, καὶ ἄγεις μοι τοὺς ὁμοίους σου ἀργοφά-γους; Καὶ σπαράξας ἑαυτὸν, ἀτάκτῳ φωνῇ ἀνέκρα-ξεν, λέγων· Οὐ θέλω, οὐ θέλω, εἰς τὴν ἀγορὰν θέλω. Ὡ βία! ρίψον με ὅπου με εὖρες. Λέγω ὅτι εἰ εἶχεν χεῖρας, οὐ παρητεῖτο καὶ ἀγχόνῃ χρῆσασθαι, ἢ ξίφει ἑαυτὸν χειρίσασθαι. Οὕτως αὐτὸν τοῦ δαίμονος ἐξαγριώσαντος, μετὰ ταῦτα ἀπέρχεται ὁ Εὐλόγιος πρὸς τοὺς ἐκ γειτόνων αὐτοῦ ἀσκητάς, καὶ λέγει αὐ-τοῖς· Τί ποιήσω, ὅτι εἰς ἀπελπισμὸν ἤγαγέν με ὁ λελωθήμενος οὗτος; Λέγουσιν αὐτῷ· Διὰ τί; Ὁ δὲ· Δεινὰ μοι διατίθεται, καὶ τί ποιήσω οὐκ οἶδα. Ρίψω αὐτὸν, ἀλλὰ τῷ Θεῷ δεξιὰς ἔδωκα, καὶ φοβοῦμαι. Μὴ ρίψω αὐτὸν· ἀλλὰ κακὰς ἡμέρας μοι καὶ νύκτας δι-δωσιν. Οὐκ οἶδα τί αὐτῷ ποιήσω. Λέγουσιν αὐτῷ ἐκεῖνοι, ὡς ἔτι ζῆ ὁ μέγας (οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὸν ἅγιον Ἀντώνιον), ἀνελθε πρὸς αὐτὸν, βαλὼν τὸν λε-λωθήμενον εἰς πλοῖον, καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν εἰς τὸ μο-ναστήριον, καὶ ἐκδεξαι ἕως οὐ ἐξέλθῃ ὁ μέγας ἐκ τοῦ σπηλαίου, καὶ ἀνένεγκε αὐτῷ τὸ κριμα· καὶ ὁ ἐάν σοι εἴπῃ αὐτός, στοίχησον αὐτοῦ τῇ ἐπικρίσει. Ὁ γὰρ θεὸς σοὶ λέγει δι' αὐτοῦ. Ὁ δὲ εὐπειθής Εὐλό-γιος ἠνέσχετο αὐτῶν, καὶ κολακεύσας τὸν λελωθήμε-νον ἐμβαλὼν αὐτὸν εἰς σκάφος βουκολικόν, ἐξῆλθεν τῆς πύλεως ἐννυκτὶ, καὶ ἀνήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ μονα-στήριον τοῦ μεγάλου Ἀντωνίου. Συνέβη δὲ τὴν ἄλλην ἡμέραν ἐλθεῖν τὸν μέγαν ἐσπέρας βαθείας, ὡς Κρόνιος διηγήσατο, ἐμπεφιδλωμένον χλαμύδα δερμα-τίνην. Ἐρχόμενος οὖν εἰς τὸ μοναστήριον ἑαυτοῦ εἰσῆρχετο. Καὶ ταύτην εἶχε τὴν συνθήθειαν καλεῖν τὸν Μακάριον, καὶ ἐρωτᾶν αὐτόν· Ἀδελφε Μακάριε, ἦλθόν τινες ἀδελφοὶ ἐνθάδε; Ἀπεκρίνατο ὁ Μακά-ριος· Ἦλθον. Καὶ ὁ μέγας· Αἰγύπτιοί εἰσιν ἢ Ἱερο-σολυμίται. Ἐδεδώκει δὲ αὐτῷ σημεῖον ὁ μέγας, λέ-γων· Ὅταν ἀπραγμονεστέρους τινὰς ἴδῃς ἐλθόντας, λέγε ὅτι Αἰγύπτιοί εἰσιν· ὅταν δὲ τινὰς εὐλαβεστέ-ρους καὶ λογιωνέρους, λέγε ὅτι Ἱεροσολυμίται εἰσιν. Ἦρώτα οὖν κατὰ τὸ εἰωθὸς ὁ μέγας, λέγων τῷ μα-θητῇ Μακαρίῳ· Αἰγύπτιοί εἰσιν οἱ ἀδελφοί, ἢ Ἱερο-σολυμίται εἰσι; Ἀπεκρίνατο ὁ Μακάριος, λέγων αὐτῷ, ὅτι Μίγμα εἰσιν. Ὅταν οὖν εἶπεν ὁ Μακάριος, ὅτι Αἰγύπτιοί εἰσιν, ἔλεγεν αὐτῷ ὁ μέγας· Ποίησον αὐτοῖς φακόν, καὶ δὸς αὐτοῖς φαγεῖν· καὶ ἐποίησε αὐ-τοῖς εὐχὴν μίαν, καὶ ἀπέλυεν αὐτούς. Ὅταν δὲ ἔλε-γεν, ὅτι Ἱεροσολυμίται, ἐκατέζετο διὰ πάσης νυκτός, καὶ ἐλάλει αὐτοῖς τὰ προσήκοντα πρὸς σωτηρίαν. Ἐν ἐκείνῃ οὖν τῇ ἐσπέρῃ καθεσθεις, φησὶ, προσκαλεῖται

πάντας ὁ μέγας, καὶ μηδενὸς αὐτῷ εἰρηκότος τὸ πῶς ποῖον ὄνομα ἔχει ὁ σχολαστικὸς, ἐσπέρας οὕτως βαθείας καλεῖ αὐτὸν, λέγων· Εὐλόγιε, Εὐλόγιε, Εὐλόγιε, ἐκ τρίτου τοῦτο εἰρηκῶς. Ὁ δὲ σχολαστικὸς Εὐλόγιος οὐκ ἀπεκρίνατο, οἰόμενος ἄλλον τινὰ καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι τούτῳ. Λέγει αὐτῷ ἐκ δευτέρου πάλιν· Σοὶ λέγω, Εὐλόγιε, τῷ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἐλθόντι. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ Εὐλόγιος· Τί κελεύεις, δέομαί σου; Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας· Τί ἤλθες ἐνθάδε; Ἀπεκρίνατο ὁ Εὐλόγιος, λέγων αὐτῷ· Ὁ ἀποκαλύψας σοὶ τὸ ὄνομά μου, καὶ τὸ πρᾶγμα σοὶ ἀποκαλύψει δι' ὃ ἤλθον. Λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἀντώνιος· Ἐματὸν δι' ὃ ἤλθες. Ἀλλ' ἐπὶ πάντων τῶν ἀδελφῶν εἶπε, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀκούσωσιν. Κελευσθεὶς οὖν ὑπὸ τοῦ μεγάλου ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Εὐλόγιος, εἶπεν ἐπὶ πάντων·

Τοῦτον τὸν λελωθὴν ἐγὼ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐρρίμμενον καὶ ἀμελούμενον. Κατελέχσας δὲ αὐτὸν καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος δοθῆναι μοι χάριν ὑπομονῆς εἰς αὐτὸν, ἀνέλαβον αὐτὸν· ἐδεδώκειν δὲ καὶ γειῶς τῷ Χριστῷ, ἵνα αὐτὸν νοσοκομήσω, ὅπως καὶ γὰρ σωθῶ δι' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἀναπαυθῆ δι' ἐμοῦ. Ἐξ οὗ δὲ ἐσμεν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔτη εἰσὶ δεκαπέντε, ὡσπερ καὶ τῇ σῆ ἀγιωσύνη ἀπεκαλύφθη πάντα. Ἀλλ' οὐκ οἶδα τί δεινὸν πεπονθῶς παρ' ἐμοῦ μετὰ τριακῶντα ἔτη εἰς ἄκρον με νῦν χειμάζει. Ἐνεθυμήθην αὐτὸν ρίψαι, αὐτοῦ τούτου εἰς τοῦτό με κταναγκάζοντος. Τούτου χάριν ἤλθον πρὸς τὴν σὴν ἀγιωσύνην, ἵνα μοι συμβουλεύσης τί ὀφείλω ποιῆσαι, καὶ κροσεύξῃ περὶ ἐμοῦ. Δεινῶς γὰρ χειμάζει με.

Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἐμβριθεστάτη καὶ αὐστηρᾷ τῇ φωνῇ· Ρίπτεις αὐτὸν, Εὐλόγιε; ἄλλ' ὁ ποιήσας αὐτὸν οὐ ρίπτει αὐτόν. Σὺ αὐτὸν ἀπορρίπτεις, ἐγείρει ὁ Θεὸς τὸν καλλίω σου, καὶ συνάγει αὐτόν. Καὶ ἀφησυχάσας ὁ Εὐλόγιος κατέπτυξεν ταῦτα ἀκούσας. Καταλείψας δὲ τὸν Εὐλόγιον ὁ μέγας Ἀντώνιος, ἀρχεται τῇ γλώσσει μαστίζειν τὸν λελωθὴν, καὶ ἀποδοῶν πρὸς αὐτόν· Λελωθήμενε, πεπηλωμένε, ἀνάξιε καὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ οὐρανοῦ, οὐ πάυη θεομαχῶν, παροργίζων τὸν ἀδελφόν; οὐκ οἶδας ὅτι ὁ Χριστὸς ἐστὶν ὁ ὑπηρετῶν σοί; πῶς τολμᾷς κατὰ τοῦ Χριστοῦ τοιαῦτα φθέγγεσθαι; οὐ διὰ τὸν Χριστὸν ἑαυτὸν ἐδούλωσεν εἰς τὴν σὴν ὑπηρεσίαν; Στύψας οὖν καὶ τοῦτον τοῖς ἐπιπλήκτοις λόγοις ἀφίησι τούτους, καὶ διαλεχθεὶς τοῖς ἀδελφοῖς πᾶσι τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐκάστῳ, ἀπολαμβάνεται πάλιν τὸν Εὐλόγιον καὶ τὸν λελωθὴν ὁ ἅγιος οὗτος, καὶ λέγει αὐτοῖς· Μὴ περιστραφῆτε, τέκνα μηδαιμόθεν, ἀλλ' ἀπέλθετε μετ' εἰρήνης, καὶ μὴ χωρισθῆτε ἀλλήλων, ἀποθέμενοι πᾶσαν λύπην ἣν ὁ δαίμων ὑμῖν ἐνέβαλεν, καὶ μετὰ καθαρᾶς ἀγάπης ὑποστρέψατε εἰς τὴν κέλλαν εἰς ἣν καὶ ἐχρανίσατε. Ἡδὴ γὰρ ἀποστέλλει ὁ Θεὸς ἐφ' ὑμᾶς. Ὁ πειρασμὸς γὰρ οὗτος ἐπεσεῖσθη ὑμῖν ἀπὸ τοῦ Σατανᾶ, ἐπειδὴ ἴδεν ὅτι ἀμφότεροι πρὸς τὸ τέλος ἔχετε, καὶ στεφάνων μέλλετε ἀξιοῦσθαι παρὰ τοῦ Χριστοῦ· καὶ αὐτὸς διὰ σοῦ, καὶ σὺ δι' αὐτοῦ. Μὴ οὖν ἄλλο τι φρονήσητε. Καὶ ἐλθὼν ὁ ἄγγελος μὴ εὖρη ὑμᾶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, καὶ μέλλετε τὸν στέφανον στερεῖσθαι. Σπεύσαντες οὖν θάπτον ὠδεύσαν, καὶ ἤλθον εἰς τὴν κέλλαν ἑαυτῶν ἐν τελείᾳ ἀγάπῃ. Καὶ ἐντὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν τελευτᾷ ὁ μακάριος Εὐλόγιος ἀναλύσας πρὸς τὸν Κύριον. Καὶ ἐντὸς ἄλλων τριῶν ἡμερῶν τελευτᾷ ὁ τὸ σῶμα λελωθῆ-

μένος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐρρίωμένος, καὶ αὐτὸς παραθέμενος εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Χρονοτριβήσας τοίνυν ὁ Κρόνιος εἰς τοὺς περὶ Θηβαῖδα τόπους κατῆλθεν εἰς τὰ μοναστήρια Ἀλεξανδρείας. Καὶ συνέβη τοῦ μὲν μακαρίου Εὐλογίου τὰ τεσσαρακυστὰ ἐπιτελεῖσθαι, τοῦ δὲ λελωθὴν τὸ σῶμα τὰ τρίτα παρὰ τῆς ἀδελφότητος. Μεμαθηκῶς οὖν τοῦτο ὁ Κρόνιος ἐξέστη, καὶ λαβὼν Εὐαγγέλιον εἰς πίστιν τῶν ἀκουόντων τέθεικεν ἐν μέσῳ τῶν ἀδελφῶν, καὶ διωμόσατο αὐτοῖς ἀφηγησάμενος τὴν πρόγνωσιν τοῦ μεγάλου Ἀντωνίου περὶ αὐτῶν, καὶ περὶ πάντων τῶν συμβεβηκυῶν, ὅτι τούτων τῶν ὅλων λόγων ἐρμηνεύς αὐτὸς γέγονα, τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου Ἑλληνιστὶ μὴ εἰδότος. Ἐγὼ γὰρ ἠπιστάμην ἀμφοτέρων τὰς γλώσσας, καὶ ἐρμηνεύσα αὐτοῖς· τοῖς μὲν μακαρίοις λοιπὸν διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν, Εὐλογίῳ καὶ τῷ λελωθὴν τῷ σώματι, Ἑλληνιστὶ, παρὰ τοῦ μεγάλου εἰρημένα· τῷ δὲ παναγίῳ καὶ μακαρίῳ καὶ μεγάλῳ Ἀντωνίῳ, Αἴγυπτιστὶ, παρὰ τῶν ἀμφοτέρων εἰρημένα.

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Διήγησις τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου.

Καὶ τοῦτο δὲ διηγείτο ὁ Κρόνιος, ὅτι ἐν ἧ νυκτὶ εἰρηνεύσας τοὺς περὶ τὸν μακάριον Εὐλόγιον ἀπέλυσεν, διηγείτο ἡμῖν ὁ μέγας, ὅτι Ἐνισυτὸν ὀλόκληρον ἠξιάμην ἀποκαλυφθῆναι μοι τὸν τρόπον τῶν δικαίων καὶ τῶν ἀμαρτωλῶν. Καὶ ἐθεασάμην μακρὸν γίγαντα μέλανα ὑψύμενον μέχρι τῶν νεφελῶν, τὰς χεῖρας ἐκτεταμένας ἔχοντα εἰς τὸν οὐρανόν. Καὶ τὴν ὑποκάτω αὐτοῦ λιμνη θαλάσσης ἔχουσα μέτρον, καὶ ἐώρων ψυχὰς ἀνιπταμένας ὡς ὄρνεα. Καὶ ὅσαι μὲν ὑπερίπταντο αὐτοῦ τῶν χειρῶν καὶ τῆς κεφαλῆς, δισσώζοντο ὑπὸ ἀγγέλων. Ὅσαι δὲ παρὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐκοσσίζοντο, ἐνέπιπτον εἰς τῆς λίμνης. Ἦλθεν οὖν μοι, φησὶ, φωνὴ λέγουσα· Ταύτας ἅς βλέπεις ὑπεριπταμένας τῆς τοῦ γίγαντος κεφαλῆς καὶ τῶν τούτου χειρῶν ψυχὰς, αὐταὶ εἰσὶν αἱ ψυχὰς τῶν δικαίων, αἵτινες σώζονται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν παράδεισον. Αἱ δὲ πλησσόμεναι ὑπὸ τῶν τοῦ μέλανος χειρῶν αὐταὶ εἰς τὸν ἄδην καταποντίζονται, αἱ ὑποσυρεῖται τοῖς θελήμασι τῆς σαρκὸς καὶ τῇ μνησικακίᾳ ἐξακολουθήσασαι.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Περὶ Παύλου τοῦ ἀπλοῦ.

Διηγείτο δὲ ὁ ἅγιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Ἰέραξ, καὶ Κρόνιος δὲ οὗτος, καὶ ἕτεροι πλείονες τῶν ἀδελφῶν, περὶ ὧν μέλλω λέγειν, ὅτι Παῦλός τις ἄγροικος γεωργός, καθ' ὑπερβολὴν ἄκακος καὶ ἀπλοῦς τὸν τρόπον, ὠραιότητι συνεζεύχθη γυναικὶ κακοτρόπῳ τὴν γνώμην· ἦτις τοῦτον διελάνθανεν ἀμαρτάνουσα ἐπὶ μήκιστον χρόνον. Ἐξελθὼν οὖν ἐξ ἀγροῦ αἰφνίδιον εἰς τὸν οἶκον εὔρεν αὐτοὺς αἰσχροπραγοῦντας, τῆς προνοίας εἰς τὸ συμφέρον ὀδηγούσης τὸν Παῦλον. Καὶ θεασάμενος ταύτην μετὰ τοῦ συνήθους αὐτῆ, γελάσας σεμνὸν, ἐπιφωνεῖ αὐτοῖς, λέγων, Καλῶς, καλῶς· ἀληθῶς οὐ μέλει μοι. Μὰ τὸν Ἰησοῦν, ἐγὼ αὐτὴν οὐκέτι αἴρω. Ὑπαγε, ἔχεις αὐτὴν καὶ τὰ παιδία αὐτῆς· ἐγὼ γὰρ ὑπάγω, καὶ γίνομαι μοναχός. Καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκῶς ἀνατρέχει τὰς ὀκτώ μονὰς, καὶ ἀπέρχεται πρὸς τὸν μακάριον Ἀντώνιον, καὶ κρούει τὴν θύραν. Ἐξελθὼν οὖν ὁ μακάριος Ἀντώνιος ἐρωτᾷ αὐτόν· Τί θέλεις; Λέγει αὐτῷ ὁ Παῦλος· Μοναχός θέλω γενέσθαι. Ἀποκρίνεται

quæ pertinent ad salutem. Sedens ergo illo vespere omnes accersit magnus. Cumque nullus ei dixisset quod nomen haberet scholasticus, cum serus esset vesper, vocat eum dicens: Eulogi, Eulogi, Eulogi; et cum ter proclamasset, et scholasticus Eulogius non respondisset, putans aliquem alium vocari hoc nomine, dicit ei magnus: Tibi dico, Eulogi, qui venisti ab Alexandria. Tunc ei dicit Eulogius: Quid jubes, quæso? Dicit ei magnus: Quid huc venisti? Respondit ei Eulogius, dicens: Qui tibi revelavit nomen meum, rem quoque propter quam veni revelavit. Dicit ei sanctus Antonius: Didici quare venisti; sed dic coram fratribus, ut ipsi quoque audiant. Jussus autem a magno Eulogius, dixit coram omnibus:

Hunc mutilatum inveni ego in foro projectum et neglectui habitum. Ejus autem misertus, Deum sum precatus ut daret mihi gratiam in ipsum tolerantiam, et illum assumpsi. Dexteram quoque dedi Deo, quod in morbo ejus curam geram, ut et ego per ipsum salvus fiam, et ipse a me recreetur. Sunt autem quindecim anni ex quo simul versamur, sicut etiam tuæ sanctitati revelata sunt omnia. Sed nescio quidnam mali a me passus, post tot annos me summe vexat, et in animo habui ipsum ejicere, ipso me ad hoc cogente. Eade causa veni ad tuam sanctitatem, ut mihi consulas quidnam debeam facere, et ores pro me; me enim vexat graviter.

Dicit ei magnus Antonius gravi et austerâ voce: Abjicias tu eum, Eulogi? at qui eum creavit non abjicit. Si tu eum abjicias, Deus ei excitabit te meliorem qui eum colligat. Conticuit Eulogius, et extimuit cum hæc audiisset. Relicto autem Eulogio, magnus Antonius incipit lingua flagellare mutilatum, et ad eum exclamare: Mutilate, maculate (63), terra et cælo indigne, non cessas cum Deo pugnare, et tuum fratrem irritare? Nescis esse Christum qui tibi ministrat? Quomodo audes hæc loqui adversus Christum? Non propter Christum se tuo mancipavit servitio? Cum ergo eum quoque verbis coercuisset increpantibus, eos dimittit; et cum disseruisset cum fratribus de iis quæ erant unicuique necessaria, rursus accedit ad Eulogium et mutilatum, et dicit eis: Ne usquam immoremur, o fratres, sed abite in pace, et ne invicem separemini, deposita omni molestia quam vobis iniecit dæmon; et cum bona dilectione revertimini in cellam in qua longo tempore versati estis; jam enim Deus mittet ad vos. Hæc enim tentatio in vos excitata est a Satana, quoniam scit vos jam ad finem pervenisse, et futurum esse ut coronas a Christo accipiatis, ipsum per te, et te per eum. Nihil ergo aliud cogitaveritis. Quod si veniens angelus non invenerit vos in eodem loco, futurum est ut coronis privemini. Cito ergo festinantes ingressi sunt, et venerunt in suam cellam charitate (64) perfecta. Et intra quadraginta dies, obit beatus Eulogius migrans ad Dominum, et intra tres alios obit is qui erat corpore mutilatus, sed anima firmus ac robustus, qui ipse

A quoque in manus Dei suum commendavit spiritum.

Cum ergo aliquanto tempore versatus esset Cronius circa loca Thebaidis, descendit in monasterium Alexandriae, et accidit ut beati quidem Eulogii obitus a fraternitate celebraretur quadragesimus dies, manci autem tertius. Cum hoc ergo didicisset Cronius, obstupuit; et acceptum Evangelium, ut fidem haberent audientes, posuit in medio fratrum; et eis juravit, narrans magni Antonii de his præscientiam, et de omnibus quæ acciderunt, et dicens: Horum ergo verborum fui interpres, cum beatus Antonius Græce nesciret; ego vero sciebam utramque linguam, et eis sum interpretatus, beatis quidem deinceps per Christi gratiam: Eulogio et corpore mutilato Græce, quæ a magno dicta sunt; ipsi autem sancto et beato magnoque Antonio Ægyptiæ, quæ dicta sunt ab utroque.

CAPUT XXVII.

De contemplatione quam vidit abbas Antonius.

Hoc quoque narravit Cronius illa nocte magnum eis narrasse Antonium: Ego, aiebat, anno integro oraveram ut revelaretur mihi locus justorum et peccatorum (*Supra l. 1, in Vita S. Antonii, c. 38; Pasch., c. 19, n. 4*). Vidi autem giganteum nigrum altissimum, qui ad nubes usque pertingebat, habebat autem manus ad cælum usque extensas; infra autem erat lacus qui mare æquabat magnitudine. Vidi quoque animas tanquam aves sursum volantes; et quæcumque quidem ejus manus et caput supervolabant, servabantur ab angelis; quæ autem a manibus ejus verberabantur, incidebant in lacum. Ad me itaque vox pervenit, quæ dicebat: Quas vides animas supervolasse caput gigantis et ejus manus, eæ sunt animæ justorum, quæ quidem ab angelis servantur in paradiso: quæ autem a manibus nigri percutiuntur, eæ in inferno demerguntur. Quæ quidem attractæ fuerunt a voluntate carnis, et odium secutæ sunt, et referendæ injuriæ cupiditatem.

CAPUT XXVIII.

Vita abbatis Pauli Simplicis (65).

Narravit autem sanctus Christi servus Hierax, et Cronius, et plures alii ex fratribus ea quæ sum dicturus (*Ruff., l. II, c. 31*), quod quidam Paulus agrestis agricola, insigniter innocens et moribus simplex, uxorem duxerat mulierem formosissimam, sed moribus improbam, quæ longissimo tempore peccans eum latuit. Aliquando autem de improvviso regressus ex agro, et ingressus domum suam, invenit eos turpia perpetrantes, deducente Paulum providentia ad id quod erat sibi conducibile. Eamque cum vidisset, cum eo cum quo habebat stupri consuetudinem, honeste ac decore risit, et eis exclamavit, dicens: Bene est, bene est, revera non est mihi curæ. Per Jesum, ego eam non accipiam amplius, abi, eam tibi habe et ejus filios; ego enim recedo, et efficior monachus. Cum nulli autem dixisset aliquid, pertransit octo mansiones (66), et abit ad sanctum Antonium, et pulsat ostium. Egressus autem sanctus Antonius, eum interrogat: Quid vis? Et dicit

Paulus : Volo fieri monachus. Respondet ei Antonius : **A** Senex sexagenarius non potest hic fieri monachus ; sed potius abi in vicum, et operare, et vitam dege operariam, Deo agens gratias. Non potes enim sustinere afflictiones solitudinis. Respondet senex, et dicit : Si quid me docueris, illud faciam. Dicit ei Antonius : Dixi tibi te esse senem, et non posse esse monachum ; abi. Si enim vis esse monachus, ingredi cœnobium ubi sunt complures fratres qui possunt tuam ferre imbecillitatem. Ego enim solus hic sedeo, quinque dierum spatio interjecto comedens, idque esuriens. His ergo verbis Paulum abigebat. Postquam autem eum non admisit, clauso ostio Antonius tribus diebus foras non est egressus, propter ipsum, ne quidem ad necessitates suas. Senex autem permansit non recedens. Quarto vero die cum eum premeret necessitas, aperto ostio egressus est. Et cum rursus vidisset Paulum, ei dicit : Abi hinc, senex. Quid mihi es molestus ? non potes hic manere. Dicit ei Paulus : Fieri non potest ut ego alibi quam hic moriar. Cum aspexisset autem Antonius, et vidisset eum non ferre ea quæ sunt ad victum necessaria, non panem, non aquam, non aliquid aliud, et jam quartum diem perseverasse jejunum, cogitavit apud se : Ne forte moriatur, ut qui non sit assuetus jejunare, et meam maculet animam. Eum ergo admittit. Tunc ei dicit Antonius : Potes esse salvus si habeas obedientiam, et quod a me audieris hoc feceris. Paulus autem respondens, dixit : Faciam quæcunque jusseris. Talemque vitæ asperæ agendæ rationem et illis diebus suscepit Antonius, qualem quando erat in principio juventutis. Ejus ergo mentem probans Antonius, ei dixit : Sta, et ora in hoc loco donec ingrediar, et afferam tibi quod opereris. Ingressus autem speluncam, per fenestram animadvertit eum in eo loco totam hebdomadam manere immobilem, cum ab æstu torreretur. Egressus autem post hebdomadam, cum ex palmis ramos madefecisset, ei dicit : Accipe, et contexe funem ut me vides. Textit senex ad horam usque nonam quindecim ulnas magno labore. Cum autem vidisset Antonius id quod contextuerat, id minime ei placuit, et ipsi dicit : Male contextuisti, retexe, et denuo contexe ; cum jam septimo die jejunus ageret, idque cum esset grandis ætate. Tantum autem eum hac de causa afflixit, ut ægre ferens senex fugeret Antonium, et vitam monachorum. Is autem eosdem ramos et retexuit, et iterum contextuit cum magno labore, quod ex contextura prima fuissent corrugati. Cum ergo vidisset magnus Antonius eum nec murmurasse, neque animum abjecisse, neque vultum suum omnino avertisse, et neque vel tantillum succensuisse, propter eum est compunctus. Et sole occidente ei dicit : Patercule, vis comedamus fragmentum panis ? Dicit ei Paulus : Ut tibi videtur, abba. Hoc quoque rursus inflexit Antonium, quod non ad cibi nuntium protinus accurrerit, sed ei potestatem permiserit. Para ergo, inquit, mensam ; et obediit. Fert panes Antonius, et imponit mensæ quatuor paxamates, sex unciarum ; et sibi quidem

unum madefecit, erant enim sicci ; illi autem tres. Psalmum psallit Antonius quem noverat ; et cum eum duodecies cecinisset, duodecies oravit ut in hoc quoque Paulum probaret. Senex autem simul precatus est ipso magno Antonio promptius et alacrius. Malebat enim, ut arbitror, pascere scorpiones, quam una vivere cum adultera. Post duodecim autem orationes, Paulo dicit magnus Antonius : Sede, inquit, et ne comedas usque ad vesperam ; sed solum attende esculentis. Cum autem fuisset vespera, et Paulus non comedisset, dixit ei Antonius : Surge, ora, et dormi. Ille autem mensa relicta sic fecit. Media autem nocte excitavit eum ad orationem, et usque ad horam nonam produxit orationes. Mensa autem rursus apposita cum et rursus cecinisset et orasset, sero vespere sederunt ad comedendum. Cum ergo comedisset magnus Antonius unum paxamatem, aliud non tetigit. Senex autem comedens tardius, adhuc tenebat paxamidium quod ceperat. Expectabat ergo Antonius donec perfecisset, et dicit ei : Comede, patercule, etiam unum aliud paxamidium. Dicit ei Paulus : Si tu comedas, ego quoque comedam ; te autem non comedente, nec ego comedam. Dicit ei Antonius : Mihi sufficit, sum enim monachus. Et ille : Et mihi sufficit ; nam ego quoque volo fieri monachus. Surgit rursus, et facit duodecim orationes, et psallit duodecim psalmos. Et post orationes primi somni parum dormiunt ; et rursus expergiscuntur ad psallendum a media nocte ad diem usque.

Deinde misit eum ad obeundam solitudinem, dicens ei : Veni hoc post tres dies. Cum hoc autem factum esset, et quidam fratres ad eum venissent, observabat Paulus Antonium quidnam vellet eum facere. Is autem dixit ei : Tacens ministra fratribus ; neque aliquid gustaveris donec fratres fuerint iter ingressi. Postquam autem tertia jam impleta esset hebdomada ex quo non comederat Paulus, fratres eum rogabant : Qua de causa taces ? Cumque ille non responderet, dicit ei Antonius : Quid taces ? colloquere cum fratribus. Ille vero est collocutus. Cum aliquando ei fuisset allata urna mellis, dixit ei Antonius : Frange vas, et mel effundatur. Sic autem fecit. Et ei rursus dicit : Collige rursus mel concha, ne sordes aliquas inferas. Et rursus jussit eum aquam haurire toto die. Et rursus cum vestem ejus dissolvisset, jussit consuere. Tantam denique hic vir possedit obedientiam, ut ei etiam data sit gratia divinitus, nempe ut ejiceret dæmones. Postquam ergo vidit senem magnus Antonius, prompte eum esse ad omnia secutum in vitæ exercendæ ratione, ei dicit : Vide, frater, si sic in dies potes, mane mecum. Dicit ei Paulus : An quid mihi possis amplius ostendere, nescio. Nam ea quæ vidi a te fieri, ego quoque facio facile et citra laborem, Deo mihi opem ferente. Tunc ei dicit Antonius alio die : In nomine Jesu, ecce factus es monachus. Cum autem satis superque comperit haberet in omnibus magnus et beatus Antonius, esse admodum perfectam animam Christi servum, ut qui esset admodum simplex ; post certos menses,

invitam nuptum dedere, eam jungentes matrimonio viro urbis Romæ primario. Hæc semper stimulata aviæ suæ narrationibus, tantum fuit sauciata, ut matrimonio non posset inservire. Cum autem ei nati essent duo filii masculi, iique decessissent, tantum eam cœpit odium matrimonii, ut dixerit marito suo Piniano (184) filio Severi (185), qui erat ex præfectis: Si volueris quidem mecum cohabitare ut ratio dicat temperantiæ, et te dominum agnosco, et profiteor meam vitam esse in tua potestate; sin autem hos tibi grave videtur utpote juveni, res omnes meas tibi habe, et solum sine me corpore esse liberam, ut satisfaciam meo quod est ex Deo desiderio, facta hæres ejus quæ est ex Deo virtutis meæ aviæ, cujus etiam nomen gero. Si enim vellet nos Deus degere in hoc mundo, et frui rebus mundanis, non filios mihi natos accepisset immaturos. Cum autem longo tempore inter se contenderent, Deus postea miserlus adolescentis, ei quoque zelum immisit religionis, ut ipse quoque mundi universæ renuntiaret terranæ materiæ, adeo ut impletum fuerit quod scriptum est ab Apostolo: Quid enim scis, mulier, an virum servabis (*I Cor. vii*)? Cum ergo nupsisset viro tredecim annos nata, septem vero cum eo vixisset, vigesimo suæ ætatis anno mundo renuntiat; et primum quidem omnia sua serica superhumeralia (186) tegumenta dedit altaribus (quod et veneranda fecit Olympias), reliqua autem serica indumenta cum conscidisset, diversam supellectilem fecit ecclesiasticam. Argentum autem et aurum cum credisset cuidam Paulo presbytero (187) monacho Dalmatæ, id per mare misit ad Orientem; atque Ægypto quidem et Thebaidi decies mille solidos, Antiochiæ autem et ejus quæ circa ipsam sunt regionibus solidos decies mille; Palæstinæ solidos quindecies mille distribuit. Ecclesiis autem quæ sunt in Occidente, et monasteriis, et xenodochiis, et omnibus egentibus per seipsam suppeditavit, et suppeditat his quadruplo plura, ut Deus novit ex ore leonis (188) Alarici eripiens fide sua (*II Timoth. iv, 17*). Liberavit autem servorum qui voluerun, octo millia; reliqui enim moluerunt, sed maluerunt manere cum fratre (189) ejus. Omnes autem possessiones quas habuit in Hispaniis, in Aquitania, in Tarraconensi et Gallis, et in aliis civitatibus cum vendidisset, eas ad tres usque solidos distribuit; quæ autem habebat in Sicilia, Campania, et Africa, sibi reliquit, ut suppeditare posset monasteriis et egenis. Hæc est sapientia in primis religiosæ, et quæ mentem senilem susceperat de pecuniæ materia, Melaniæ junioris.

Hæc autem erat ejus exercitatio: Post diem unum comedebat; in principio autem post quinque, varie ancillis suis serviens; quas etiam secum una reddidit exercitatrices. Jam vero ipsa quoque multos ex suis cognatis ducens ad zelum divinum, fecit ut similiter atque ipsa religiose Deum colerent. Hæc est vita juvenis Melaniæ per Dominum nostrum Jesum Christum.

CAPUT CXX.

De Albina (190).

Habebat autem secum quoque matrem Albinam, quæ similiter exercetur, et similiter rursus seorsim dispergit suas pecunias. Habitant itaque in agris, aliquando quidem Siciliæ, aliquando vero Campaniæ cum enuchis quindecim, et virginibus et ancillis.

CAPUT CXXI.

De Piniano (191).

Similiter autem Pinianus quoque ejus quondam maritus, nunc autem in opere virtutis adjutor unanimis, qui exercetur cum triginta monachis, et legit divinas Scripturas, hortoque colendo est intentus et congressionibus. Non parvo autem nos honore affecerunt cum Romam venissemus propter beatum Joannem episcopum nos reficientes, et abundantissimis viaticis excipientes, accersentes æternam vitam Domini nostri Jesu Christi, et optimæ vitæ institutionis.

CAPUT CXXII.

De Pammachio (192).

Horum cognatus fuit vir ex proconsulibus, nomine Pammachius; qui cum mundo renuntiasset, vitam egit optimam; et suas opes partim vivus dispersit, partim autem moriens reliquit pauperibus.

CAPUT CXXIII.

De Macario (193).

Similiter etiam quidam nomine Macarius ex vicaria (194).

CAPUT CXXIV.

De Constantio (195).

Constantius quoque assessor præfectorum Italiæ insignes viri et eruditissimi, qui pervenerunt ad summum pietatis et religionis; quos existimo adhuc nunc quoque esse in carne, optimam instituendæ vitæ rationem exercentes, beatamque vitam et nulli exitio obnoxiam expectantes.

CAPUT CXXV.

De Paula (196) *Romana*.

Inter quos fuit etiam Paula Romana mater Toxotii, uxor N., ad spiritalem vitæ institutionem accommodatissima. Cui impedimento fuit Hieronymus quidam Dalmata¹; nam cum posset superare multas, ne dicam cunctas, ut quæ ad vitam ex virtute gerendam esset optimo ingenio prædita, eam sua invidia impedit, ipsam trahens ad scopum proprium.

CAPUT CXXVI.

De Eustochio.

Cujus filia nunc quoque exercetur in Bethleem, nomine Eustochium, quam ego non conveni. Dicitur autem esse castissima, habens conventum quinquaginta virginum.

CAPUT CXXVII.

De Venerea.

Inveni autem Veneream Ballomeci comitis filiam, quæ onus cameli recte dispersit, liberata est a vulneribus quæ oriuntur ex materia.

¹ Palladius calumniatur sanctissimum Hieronymum.

A

CAPUT CXXVIII.

De Theodora (197).

Et beatam Theodoram tribuni filiam, quæ ad tantam processit egestatem possessionum, ut ipsa elemosynam accipiens sit mortua.

CAPUT CXXIX.

De Usia (198).

In monasterio Hesycha propter mare, novi mulierem nomine Usiam, longe in omnibus honestissimam.

CAPUT CXXX.

De Adolia.

Et ejus sororem Adoliam, quæ ipsa quoque vixit in virtute, et non pro ejus quidem dignitate, sed pro suarum virium facultate vixit in zelo Dei.

CAPUT XXXI.

De Basianilla.

Novi autem etiam Basianillam Candiani magistri militum filiam, quæ ipsa pio et alacri animo virtutem exercuit, et in hodiernum usque diem certamina acriter exsequitur.

CAPUT CXXXII.

De Photina.

Et Photinam virginem summe honestam, filiam Theoctisti presbyteri in Laodicea.

CAPUT CXXXIII.

De Asella.

Vidi autem Romæ quoque Asellam honestam Dei virginem, quæ honeste consenuit in monasterio, mulier longe mitissima, et quæ retinebat conventus, in quibus vidi et viros et mulieres catechesi recenter institutos.

CAPUT CXXXIV.

De Avita (199).

Vidi etiam beatam Avitam Deo dignam cum ejus marito Aproniano, et eorum filia Eunomia, in omnibus Deo bene placentes; ut aperte facile traducti fuerint a dissoluta et voluptaria vita ad honestam et continentem vitæ institutionem, in his quoque digni habiti ut in Christo dormirent, ab omni quidem peccato liberi, perfecte in honesto certamine decertantes, in bona memoria vitam suam relinquentes.

CAPUT CXXXV.

De Magna (200).

In civitate Ancyra sunt multæ quidem aliæ virgines, nempe ad decem millia, duo autem vel plura, quæ exercentur, et in omni virtutis institutione militant; omnesque temperantiæ legibus claræ et insignes feminae, et divinum certamen studio exsequentes. Inter quas principatum obtinet in pietate Magna honestissima femina et probissima; quam nescio quid sim nominaturus, virginemne an viduam. A matre enim vi viro conjuncta, eum tamen variis inescans dilationibus, et corporis morbos prætexens, a corruptionis vitio integra et intacta permansit, ut dicunt ejus necessarii. Cumque paulo post decessisset ejus maritus, omnium simul facta est hæres unica, et temporalibus deinceps commutans æterna, totam seipsam Deo obtulit, summe curam gerens vitæ quæ

D

ΚΕΦΑΛ. ΡΚ'.

Περὶ Ἀλβίνας.

Ἐχει δὲ μεθ' ἑαυτῆς καὶ τὴν μητέρα Ἀλβίναν ἀσκούμενην ὁμοίως καὶ διασκορπίζουσαν κατ' ἰδίαν πάλιν τὰ ἴδια χρήματα. Εἰσὶν οὖν οἰκοῦσαι ἐν ἀγροῖς· ποτὲ ἐν τοῖς Σικελίας, ποτὲ ἐν τοῖς Καμπανίας, μετὰ εὐνούχων δεκαπέντε, καὶ παρθένων, καὶ δουλίδων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΑ'.

Περὶ Πινιανού.

Ὅμοίως καὶ ὁ Πινιανὸς ὁ τότε ἀνὴρ αὐτῆς, νῦν δὲ, ἀδελφοί, διὰ τὸν Χριστὸν τῆς ἀρετῆς συνεργὸς ὁμόφρων, κυνασκούμενος μετὰ μοναζόντων τριάκοντα, καὶ ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφάς. Καὶ περὶ κῆπον μετεωριζόμενος καὶ συντυχίας. Οὐ μικρῶς δὲ καὶ ἡμᾶς πλείονας ὄντας ἐτίμησαν ἀπελθόντας ἐν Ῥώμῃ, διὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἀνέπαυσαν ἡμᾶς καὶ ξενοδοχείῳ, καὶ ἐφοδίοις δαψιλεστάτοις, μετὰ πολλῆς χαρᾶς καρπούμενοι τὴν αἰώνιον ζωὴν τοῖς θεοδωρήτοις ἔργοις τῆς ἀρίστης πολιτείας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΒ'.

Περὶ Παμμαχίου.

Τούτων συγγενῆς ὀνόματι Παμμαχίος ἀπὸ ἀνθυπάτων ὁμοίως ἀποταξάμενος ἐξῆσε τὸν ἀριστον βίον, πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, τὸν μὲν ζῶν διασκορπίσας, τὸν δὲ τελευτῶν τοῖς πτωχοῖς καταλείψας, πρὸς τὸν Κύριον ἀπεδήμησεν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΓ'.

Περὶ Μακαρίου.

Ὅμοίως καὶ Μακάριός τις ὀνόματι ἀπὸ Βικαρίας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΔ'.

Περὶ Κωνσταντίνου.

Καὶ Κωνσταντῖνος, συγκάθεδρος γενόμενος τῶν κατὰ Ἰταλίαν ἐπάρχων, ἀνδρες ἐπίσημοι καὶ ἐλλογιμώτατοι, καὶ εἰς ἄκρον φιλοθείας ἐλάσαντες· οὓς ἔτι νομίζω καὶ νῦν ἐν σαρκὶ ὑπάρχειν, τὸν ἀριστον τῆς πολιτείας θεσμὸν ἐξασκοῦντας, τὴν μακαρίαν καὶ ἀκήρατον ζωὴν ἀναμένοντας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΕ'.

Περὶ Παύλης.

Ἐν αἷς καὶ Παύλῃ τῇ Ῥωμαίᾳ τῇ μητρὶ Τοξοτίου γυναικί, εἰς τὴν πνευματικὴν πολιτείαν ἀστειοτάτη. Ἦς ἐμπόδιον γέγονεν Ἰερώνυμός τις ἀπὸ Δαλματίας. Δυναμένην γὰρ αὐτὴν ὑπερπετῆναι πολλῶν, ἵνα μὴ εἴπω πασῶν, εὐφροεστάτη οὖσα, εἰς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν, προσενεπόδισεν τῇ ἑαυτοῦ βασκανίᾳ ἐκλύσας αὐτὴν πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ σκοπόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΖ'.

Περὶ Εὐστοχίας.

Ἦς θυγάτηρ ἐστίν, καὶ νῦν ἀσκεῖται, Εὐστόχιον ὀνόματι ἐν Βηθλεέμ. Ἦς ἐγὼ ἐν συντυχίᾳ οὐκ ἐγεγόνειν. Λέγεται δὲ σφόδρα εἶναι σωφρονεστάτη, συνοδίαν ἔχουσα πενήκοντα παρθένων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΖ'.

Περὶ Βενερίας.

Ἐγνων δὲ καὶ Βενερίαν τὴν Καλλοδίκου τοῦ κόμητος καλῶς διασκορπίσασαν τὸ τῆς καμῆλου φορτίον, καὶ ἀπαλλαγείσασαν τῶν ἐκ τῆς ὕλης τραυμάτων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΗ'.

Περὶ Θεοδώρας.

Καὶ τὴν μακαρίαν Θεοδώραν τὴν τοῦ τριβούνου, τὴν ἐπὶ τοσοῦτον ἀκτημοσύνης ἐλάσασαν, ὡς ἐλεημοσύνην ταύτην λαβοῦσαν οὕτω τελευτήσασαι.

Α

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΘ'.

Περὶ Οὐσίας.

Ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ Ἑσυχᾶ παρὰ θάλασσαν ἔγνων Οὐσίαν ὀνόματι, τὰ ὅλα καὶ σεμνοτάτην γυναῖκα.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑ'.

Περὶ Ἀδολίας.

Καὶ τὴν ταύτης ἀδελφὴν Ἀδολίαν, καὶ ταύτην βεδιωκυῖαν ἐν ἀρετῇ, οὐκ ἀξίως μὲν ταύτης, ἐπαξίως δὲ τῆς δυνάμεως ἐκυτῆς ζήσασαν ζήλῳ Θεοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΑ'.

Περὶ Βασιανίλλας.

Ἐγνων ἐγὼ καὶ Βασιανίλλαν, τὴν Κανδιανοῦ τοῦ στρατηλάτου, προθύμως καὶ εὐλαβῶς τὴν ἀρετὴν ἐξασκήσασαν, καὶ ἐχομένην εἰσέτι καὶ νῦν τῶν ἀγῶνων σφοδρῶς.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΒ'.

Περὶ Φωτεινῆς.

Καὶ Φωτεινὴν παρθένον σεμνοτάτην εἰς ἄκρον, θυγατέρα δὲ Θεοκτίστου τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ κατὰ Λαοδίκειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΓ'.

Περὶ Ἀσέλλας.

Ἰδὼν δὲ καὶ ἐν Ῥώμῃ τὴν καλὴν Ἀσέλλαν τὴν παρθένον Χριστοῦ καλῶς γεγηρακυῖαν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, σφόδρα πραυτάτην γυναῖκα καὶ ἀνεχομένην συνοδίας. Ἐν οἷς ἐθεασάμην ἀνδρας τε καὶ γυναῖκας νεοκατηχίτους.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΔ'.

Περὶ Ἀβίττας.

Ἐθεασάμην καὶ τὴν μακαρίαν Ἀβίτταν τὴν τοῦ Θεοῦ ἀξίαν, σὺν τῷ ταύτης ἀνδρὶ Ἀπρινιανῷ, καὶ τῇ τούτων θυγατρὶ Εὐνομίῃ, ἐν πᾶσιν εὐχρεστοῦντας τῷ Θεῷ· ὡς ἀντικρυς μετατεθῆναι ῥᾷδίως ἀπὸ τοῦ ἀνειμένου καὶ τρυφηλοῦ βίου ἐπὶ τὴν ἐνάρετον καὶ ἐγκρατῆ πολιτείαν· καταξιωθέντες ἐν τούτοις καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κοιμήσεως· ἐλευθερωθέντες μὲν πάσης ἀμαρτίας τελείως· ἐντὸς δὲ καὶ γνώσεως γενόμενοι ἐν μνήμῃ ἀγαθῇ τὸν βίον ἑαυτῶν καταλείψαντες.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΕ'.

Περὶ Μάγνα.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἀγκύρα πολλαὶ μὲν εἰσι καὶ ἄλλαι παρθένοι ὡς χιλιάδες δύο ἢ πλείω, ἀσκούμενοι τὴν ἐνθεον πολιτείαν τῆς ἀρετῆς, ἐγκρατευόμεναι καὶ πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ τρόπῳ ἡπίων συζῶσαι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίσημοι γυναῖκες διαπρέπουσαι, καὶ τὸν θεῖον ἀγῶνα μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐξανύουσαι.

Ἐν αἷς ἐπικρατεῖ κατ' εὐσέβειαν Μάγνα, σεμνοτάτη γυνὴ καὶ δοκιμωτάτη. Ἦν οὐκ οἶδα τι ὀνομάσω, ἄρα παρθένον, ἢ χήραν. Βίᾳ γὰρ συναφθεῖσα ἀνδρὶ παρὰ τῆς μητρὸς, ὅμως δελεάσασα τοῦτον διαφόροις ὑπερθέσσειν, σκηπτομένη νόσους σωματικὰς, τοῦ μύσους ἄψαυστος καὶ ἀμύητος ἔμεινεν, ὡς φασιν οἱ ταύτης οἰκεῖοι· ἐν οἷς μετ' ὀλιγώτατον χρόνον τεμευτήσαντος τοῦ ἀνδρός, πάντων ὁμοῦ μονοκληρονόμος γενομένη καὶ διὰ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια ἀλλαξαμένη, λοιπὸν ὄλην ἑαυτὴν προσενήνοχε τῷ Θεῷ, εἰς ἄκρον φροντίσασα τῆς αἰετῆς μενούσης ζωῆς, προῖσταμένη σεμνῶς τῶν ἰδίων οἰκετῶν· ζήσασα, ἀσκητικώτατον βίον καὶ σωφροσύνης γέμοντα· τοιαύτην ἔχουσα ἀκριβῆ συντυχίαν, ὡς αἰδεῖσθαι αὐτῆς τὴν ἀντοψίαν καὶ τοὺς ἐν ἐξοχῇ ἐπισκόπους, ὑπερβολῇ εὐλαβείας. Αὕτη τὴν μὲν πολλὴν καὶ περισσὴν ὕλην

D

τῷ τῆς ἀκτῆμοσύνης πυρὶ κατηνάλωσεν · τὰς δὲ περισσευσάσας χρείας κατέταξεν εἰς διακονίαν μοναστηρίοις, πτωχοῖς, ξενοδοχείοις, καὶ Ἐκκλησίαις, πένησι, διαδεύουσιν, ἐπισκόποις, ὀρφανοῖς, χήραις · καὶ πᾶσι τοῖς χρήζουσιν ἐπικουρίας χορηγοῦσα οὐκ ἐπαύετο ἰλαρῶς ἐργαζομένη τὴν εὐσέθειαν κατὰ τὸ λεληθὸς, καὶ οἱ ἑαυτῆς καὶ διὰ οἰκετῶν πιστοτάτων · μὴ ἀπολιμπανομένη τῆς Ἐκκλησίας μάλιστα ἐν ταῖς νυξίν · ἐν πᾶσιν ἐξεργαζομένη τῆς ἀσκήσεως ἀρετὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς αἰωνίου ζωῆς.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΖ'.

Περὶ παρθένου τῆς ὑποδεξαμένης τὸν μακάριον Ἀθανάσιον.

Παρθένον οἶδα τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἣν κατέλιθα ὡς ἐτῶν ἐβδομήκοντα · ταύτῃ ὁ κλῆρος ἅπας προσεμαρτύρει, ὅτι νέα οὔσα τῇ ἡλικίᾳ, ὡς ἐτῶν εἰκοσι σφόδρα ὠραιότατη ὑπάρχουσα, φευκτὴ ἦν τοῖς ἐναρέτοις, διὰ τὸ κάλλος, ἵνα μὴ τινα μῶμον δῶ ἐξ ὑπονοίας. Ὅτι οὖν συνέβη τοὺς Ἀρειανούς συσκευάσασθαι τὸν μακάριον Ἀθανάσιον, τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, δι' Εὐσεβίου τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν πραιποσίτου ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἀέμιτα τούτου κατηγοροῦντες ἐσυκοφάντουν. Φεύγων οὖν ὁ μακάριος τὸ παρὰ διεφθαρμένου κριτηρίου κριθῆναι, οὐκ ἐθάρόρησεν οὐδενί, οὐ συγγενεῖ, οὐ φίλῳ, οὐ κληρικήῳ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν συνήθων · ἀλλ' εἰσελθόντων τῶν ἐπαρχικῶν αἰφνίδιον εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον, καὶ ζητούντων αὐτόν, λαβὼν ἑαυτοῦ τὸ στιχάριον, καὶ τὸ βιβρίον, ἐν μεσοτάτῃ νυκτὶ, πρὸς ταύτην κατέφυγεν τὴν παρθένον. Ἡ δὲ ξενισθεῖσα ἐπὶ τῷ πράγματι διεπτοήθη. Δέγει οὖν αὐτῇ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι Ἐπειδὴ ζητοῦμαι παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀθέμιτα συκοφαντούμενος παρ' αὐτῶν · ἵνα μὴ οὖν ἀγκῶ ἄλλον ἀπενέγκωμαι δόξαν, καὶ εἰς ἀμαρτίαν ἐμβάλω τοὺς τιμωρήσασθαι με βουλομένους, τούτου χάριν ἐνεθυμήθην φυγεῖν. Ἀπεκάλυψεν οὖν μοι ὁ Θεὸς ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὅτι Παρ' οὐδενὶ ἐτέρῳ δύνασαι σωθῆναι, εἰ μὴ παρ' ἐκείνῃ. Ἀπὸ πολλῆς οὖν χαρᾶς ἐκείνη, ρίψασα πάντα λογισμὸν, ὅλη γεγένηται τοῦ Κυρίου · καὶ προθύμως κατέκροφεν τὸν ἀγιώτατον ἐπίσκοπον ἐπὶ ἔτη ἕξ, μέχρι τῆς ζωῆς Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως · αὐτὴ καὶ περινίπτουσα τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ τὰ περιττώματα διακονοῦσα, καὶ τὰς ἄλλας αὐτῷ χρείας πάσας οἰκονομοῦσα, καὶ βιβλία κιχρωμένη καὶ παρέχουσα αὐτῷ · καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων ὅλης Ἀλεξανδρείας ἔγνω ποῦ διαχεῖ ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκοπος. Ὡς οὖν ἠγγέλθη ὁ θάνατος Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, καὶ ἦλθεν αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς, σεμνῶς καὶ κοσμίως ἐνδυσάμενος πάλιν ἐν τῇ νυκτὶ ἠύρεθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν πάντες ἐξέστησαν ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντα τοῦτον ἀπειληφότες, ἅμα καὶ ἐγκαλοῦντες οἱ φίλοι τὴν ἀνεύρετον τούτου κατάδυσιν τῇ ἐκείνων ἀγνοίᾳ. Ἀπελογεῖτο οὖν ὁ μακάριος τοῖς γνησίαις αὐτοῦ φίλοις καὶ οὐκ ἐπίθεσιν, ὅτι Τούτου χάριν πρὸς ὑμᾶς οὐ κατέφυγον, ἵνα εὐορκον ὑμῖν ὑπάρχει, ἄλλως δὲ καὶ διὰ τὴν ἔρευναν. Κατέφυγον δὲ πρὸς ἐκείνην, πρὸς ἣν ὑποψίαν οὐδεὶς ἐδύνατο ἔχειν, ὡς πρὸς ὠραίαν καὶ νεωτέραν · δύο σνηστευόμενος τὰ καλά, καὶ τὴν σωτηρίαν ἐκείνης. Ὁφείλησα γὰρ αὐτὴν, καὶ τὴν ἐμὴν δόξαν καὶ ἀσφάλειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΖ'.

Περὶ Ἀματαλίδος.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἀντινόου μοναστήριά ἐστι γυναικῶν δώδεκα κατορθουσῶν πολιτείαν ἀρίστην. Ἐν

ἡ συντετούχηκα τῇ δούλῃ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι Ἀματαλίδι, γραιδί ὀγδοήκοντα ἔτη ἐχούσῃ ἐν τῇ ἀσκήσει, ὡς καὶ αὐτὴ καὶ αἱ γεινιῶσαι αὐτῇ διηγοῦντο, ἡ σὺνφκουν ἐξήκοντα νεάνιδες παρθένοι τὸν τῆς ἀσκήσεως καθαρῶς ἐξανύουσαι δρόμον τῇ ταύτης τῆς καλογήρου διδασκαλίᾳ. Αἴτινες τοσοῦτον αὐτὴν ἠγάπων πᾶσαι, ὡς μηδὲ κλειῖδα ἐφεισῆναι ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐκείνῳ ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις · ἀλλὰ κρατεῖσθαι πάσας ὑπὸ τῆς ἀμέτρου ταύτης ἀγάπης, καὶ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας, εἰς ἀσφαλείαν μετασχηματιζόμεναι. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἤλασεν ἀπαθείας ἡ γραῦς, ὡς εἰσελθόντι μοι καὶ καθεσθέντι ἐλθοῦσα συγκαθεφθῆναί μοι, καὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐπιθεῖναι τοῖς ὤμοις μου, ὑπερβολῇ παρρησίας τῆς εἰς Χριστόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΗ'.

Περὶ Ταῶρ παρθένου.

Ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ παρθένος μαθήτρια ταύτης, Ταῶρ ὀνόματι, ἔχουσα τριάκοντα ἔτη ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ἰμάτιον καινὸν, ἡ ὠμοφόριον, ἡ ὑπόδημα οὐδέποτε λαβεῖν ἠθέλησεν, λέγουσα, ὅτι Οὐ χρεῖαν ἔχω, ἵνα μὴ καὶ προελθεῖν ἀναγκασθῶ. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πᾶσαι κατὰ Κυριακὴν προέρχονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χάριν τῆς κοινωνίας · ἐκείνη δὲ ῥακοδυτοῦσα ἀδιαλείπτως ἐν τῇ μονῇ ἐν τῷ ἔργῳ καθεζομένη. Οὕτω δὲ εὐφροσύνην εἶχεν τὴν ὄψιν, ὡς ἐγγὺς γίνεσθαι καὶ τὸν πᾶνυ στερρόν ἀπατάσθαι τῷ ταύτης κάλλει, εἰ μὴ φρουρὸν εἶχεν ὑπερβάλλοντα τὴν σωφροσύνην, εἰς αἰδῶ καὶ φόβον ἄγουσα τῇ κοσμιότητι τοῦ ἕθους καὶ τὸν εἰς ἄγαν ἀκόλαστον ὀφθαλμόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΑΘ'.

Περὶ παρθένου τινός, καὶ Κολλούθου.

Ἄλλη τις αὐτῇ ἀληθείᾳ παρθένος τῷ τῆς ἀσκήσεως ἔργῳ νηφόντως προσέχουσα, ἐμοὶ γεινιῶσα · τῆς τὴν ὄψιν μὲν οὐχ ἐώρακα. Προῆλθε γὰρ αὐτῇ, ὡς ἔλεγον οἱ εἰδότες, οὐδέποτε ἀφ' οὗ ἀπετάξατο, πληρώσασα ἐξήκοντα ἔτη ἐν τῇ ἀσκήσει μετὰ τῆς ἰδίας μητρὸς. Εἰς ὕστερον δὲ μελλούσης αὐτῆς μεταβαίνειν τὸν Βίον πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἀκήρατον, παραστάς τῇ ἀνδρείᾳ ὁ κατὰ τὸν τόπον ἐκείνον ἅγιος μάρτυς Κόλλουθος, λέγει αὐτῇ · Σήμερον μέλλεις ἀδεύειν πρὸς τὸν Δεσπότην σου, καὶ ὄραν ἅπαντας τοὺς ἁγίους. Ἐλθοῦσα οὖν ἀρίστησον μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, Ἀναστᾶσθ οὖν ὀρθρου ἡ μακαρία, καὶ ἐνδυσάμενη, καὶ λαβοῦσα ἄρτον, καὶ ἐλαίας, καὶ λεπτολάχανα ἐν τῇ ἑαυτοῦ σπυρίδι, ἐξελθοῦσα ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἡ τῆσαῦτα ἔτη μὴ προελθοῦσα. Καὶ προσευξαμένη, καὶ καθεσθεῖσα, καιρὸν ἐπιτήδειον πρὸς τὸ γεύσασθαι ἐπετήρει διὰ πάσης ἡμέρας. Παραγενομένης δὲ τῆς ἐννάτης, καὶ τῆς τοῦ φαγεῖν ὥρας ἐνστάσης, μηδενὸς ἐνδον ὑπάρχοντος, τεθεικυῖα τὰ βρώματα προσκαλεῖται τὸν μάρτυρα, λέγουσα · Εὐλόγησόν μου τὰ βρώματα, ἅγιε Κόλλουθε, καὶ συνοδευσάτωσάν μοι αἱ πρεσβεῖαί σου. Καὶ καθεσθεῖσα ἔφαγεν. Καὶ πάλιν προσευξαμένη ἦλθεν περὶ ἡλίου δυσμᾶς εἰς τὸν οἶκον · καὶ δίδωσι τῇ ἑαυτῆς μητρὶ σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμῶς, καὶ λέγει αὐτῇ · Δὸς τοῦτο τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐξωρισμένῳ, καὶ εἶπε αὐτῷ · Εὐξαί περὶ ἐμοῦ · ὁδεύω γὰρ πρὸς τὸν Κύριόν μου. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, μὴ πυρέξασα, μὴ κεφαλαλγήσασα, ἀλλ' ἑαυτὴν ἐνταφιάσασα, εἰς χεῖρας Θεοῦ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

semper manet, suis famulis honeste imperans, agens vitam laboriosissimam et plenam temperantia: in congressu tam severa, ut ipsum ejus aspectum revererentur etiam excellentissimi episcopi propter insignem pietatem et religionem. Atque ipsa quidem supervacaneam et nimiam opum materiam paupertatis igne consumpsit: quæ autem supererant, ea constituit ad subministrationem monasteriis, ptochotrophiis, xenodochiis, ecclesiis, pauperibus, transeuntibus, episcopis, orphanis, viduis, et omnibus egentibus suppeditans auxilium, non cessabat hilariter operari pietatem latenter, et per se, et per servos fidelissimos, ab ecclesia non recedens noctu maxime: in omnibus in virtute se exercens propter spem ejus quæ vere est vita.

CAPUT CXXXVI.

De Virgine (201) quæ excepit Athanasium episcopum.

Novi ego Alexandriæ virginem, quam effendi natam circiter septuaginta annos. Ei clerus universus dabat estimonium, quod cum esset juvenis, nata annos circiter viginti, longe formosissima, fugiebatur ab iis qui erant studiosi virtutis propter pulchritudinem, ne inureret eis aliquam labem ex suspitione. Quando ergo accidit ut Ariani struerent insidias beato Athanasio Alexandrino episcopo per Eusebium, qui erat eo tempore præpositus sub Constantio imperatore, nefariorum criminum eum accusantes et calumniantes, vitans judicari a corrupto judicio, apud neminem ansus est delitescere, non apud cognatum, non amicum, non clericum, non apud aliquem alium familiarem; sed repente episcopatum ingressis præfecti ministris, et cum quærentibus, accepto suo stichario seu tunica, et birro (202), media nocte confugit ad hanc virginem. Illa autem fuit rei novitate obstupefacta et timore correpta. Dicit ergo ei episcopus: Quandoquidem quæror ab Arianis, nefariorum criminum ab eis accusatus, ne ergo et ego veniam in malam existimationem, et in peccatum conjiciam eos qui me volunt afficere supplicio, ea de causa fugere constitui; mihi ergo Deus revelavit hac nocte me apud nullum alium posse esse salvum nisi apud te. Illa ergo præ magno gaudio omni ejecta dubitatione, cum tota esset Domini, prompto et alacri animo occultavit sanctissimum episcopum sex annos quandiu vixit imperator Constantius: ipsa et ejus pedes lavans, et excrementa expurgans, et in aliis quæ erant ei usui inserviens, librosque ei commodans et præbens. Neque ullus sex annis novit Alexandriæ ubi nam ageret beatus Athanasius episcopus. Postquam ergo fuit annuntiata mors imperatoris Constantii, et pervenit ad ejus aures, honesto et venerabili habitu indutus, rursus noctu fuit inventus in ecclesia. Quem videntes omnes magna sunt affecti admiratione, ut qui ipsum vivum accepissent ex mortuis, simul etiam post lantes ejus amici de latebris quæ ab eorum ignoratione inveniri non potuerant. Respondit itaque beatus Athanasius germanis suis amicis: Ea de causa ad vos non confugi, ut vere jurare possitis; et alioqui etiam propter investigationem, ad illam confugi de qua nemo suspicari poterat, utpote formosam et

junioem: duo bona procurans, et illius salutem; illi enim profui, et meæ existimationi et securitati.

CAPUT CXXXVII.

Vita Ammæ Talida.

In civitate Antinoi sunt feminarum monasteria duodecim; in quibus conveni etiam Ammam Talida, quæ octoginta annos fuerat in exercitatione, ut narrabat ipsa et ejus vicinæ. Una cum ea habitabant sexaginta adolescentulæ. Eam autem adeo diligebant, ut ne esset quidem clavis aulæ monasterii, ut in aliis, sed ipsæ ab ejus amore omnes detinerentur. Eo autem impatibilitatis processit anus, ut cum ego essem ingressus et consedissem, ipsa quoque ingressa sit, et una mecum sederit, et magna libertate ac fiducia in Christo meis humeris manum imposuerit.

CAPUT CXXXVIII.

Vita Ammæ Taor.

In hoc monasterio erat virgo hujus discipula, nomine Taor, quæ triginta annos versata erat in monasterio, ut narrabant qui noverant. Ea vestem novam aut mavortem aut calceum noluit accipere, dicens: Non est mihi opus, ne etiam cogar progredi. Aliæ enim omnes die Dominico progrediuntur in ecclesiam gratia communionis: illa autem in monasterio manebat pannis obsita, operi assidue assidens. Ea autem fuit tam eleganti aspectu, ut parum abesset quin etiam valde constantes deciperentur ejus pulchritudine, nisi insigne præsidium habuisset temperantiam, quæ ad metum et verecundiam deducebat honestate impudicos oculos.

CAPUT CXXXIX.

De virgine quæ renuntiaverat.

Erat quædam alia virgo religiosæ vitæ operibus viriliter insistens, mihi vicina, cujus vultum quidem non vidi: nunquam enim, ut aiunt, est progressa ex quo renuntiavit. Cum autem implesset sexaginta annos in exercitatione cum matre sua propria, erat postea vita excessura. Ei autem in visione adstitit Colluthus (203) vocabulo martyr, qui in illis colebatur locis, hoc ei dicens: Hodie es itura ad Dominum, et visura sanctos omnes; veni ergo et prande nobis cum in martyrio. Cum ergo mane surrexisset et se induisset, et in sporta panem accepisset et olivas, et minuta olera, post tot annos est egressa; et cum venisset in martyrium, oravit; et cum toto die observasset tempus in quo nullus erat intus, et non jam advenerat hora, et sedisset, rogavit martyrem, dicens: Benedic cibos meos, Colluthe sancte, et me in via comitare tuis precibus. Cum ergo comedisset et rursus orasset, domum venit circa occasum solis. Et cum dedisset matri suæ opus Clementis Siromatei in prophetam Amos, dixit ei; Da id episcopo relegato. Et dixit ei: Ora pro me; vado enim ad Dominum meum. Decessit ipsa nocte. Cumque nec febris laborasset, nec ei caput doluisset, sed seipsam ad sepulturam composuisset, in manus Dei spiritum suum commendavit.

CAPUT CXL.

De virgine quæ lapsa est, et egit pœnitentiam.

Quædam virgo exercitatrix manens cum duabus aliis virginibus, se exercuit novem vel decem annis. A quodam autem cantore inescata cum eo habuit stupri consuetudinem; et cum utero concepisset, peperit. Cum autem in summum odium prorupit ejus qui ipsam deceperat, in profundo compuncta est animo, et ad eam pervenit mensuram pœnitentiæ, ut in ea perseverans se fame vellet occidere, hoc cum lacrymis orans, Deumque rogans, et dicens: Deus magne, qui omnium nostrum peccata portas, et immensum totius mundi vitium; qui non vis mortem peccatorum, et eorum qui labuntur interitum, sed misereris universæ creaturæ; est enim voluntas tua ut omnes serventur (*Ezech. xxxiii*). Si ergo me quoque, quæ pereo, vis esse salvam, in hoc mihi tuam ostende bonitatem, et nunc tua ad me perveniant mirabilia; et jube hinc abduci et colligi (204) fructum meæ iniquitatis, qui conceptus est in lascivia, et genitus in peccato; nam, nisi hoc fiat, ego hac de causa vel me laqueo suffocabo, vel meipsam in præceps dejiciam. Cum sic oraret, fuit exaudita; nam qui natus fuerat infans, non multo post decessit. Ab illo ergo die non amplius convenit eum qui ipsam redegerat in servitutem; sed se totam insigniter dedens continentiæ, ægrostis mancisque ac mutilatis serviens triginta annos, ita Deum placavit, propitiumque reddidit ut cuidam sancto presbytero revelaretur, illam Deo magis placuisse in pœnitentia quam in virginitate. Hæc autem scribo, ne eos qui multa peccant, et ex animo ac sincere agunt pœnitentiam, contemnamus: sicut hæc beata, quæ cor suum contrivit, et in humilitate vitam suam liquefecit, non despecta fuit a Domino eorum qui ducuntur pœnitentia.

CAPUT CXLI.

De filia presbyteri quæ lectorem calumniata erat, et Eustathio lectore.

Cujusdam presbyteri filia virgo in Cæsarea Palæstinæ lapsa, ab eo qui ei vitium attulerat docta fuerat, ut quemdam civitatis lectorem calumniaretur, et quod corrupta esset, in eum culpam conferret. Cumque ferret ventrem, a patre suo examinata, nominavit lectorem. Hoc cum audiisset presbyter conturbatus retulit ad episcopum. Hoc cum audiisset episcopus, convocavit concilium sacerdotum, fecitque D vocari lectorem, deque eo habuit quæstionem, rem examinans. Rogatus autem ab episcopo, rem non fatebatur lector; nam quod factum ab ipso non fuerat, quomodo dici poterat? Ægre ergo ferens episcopus, gravissima voce ei dicebat: Non fateberis lapsum tum, et ages pœnitentiam, o infelix et plene immunditia? Respondit lector: Rogo te; dixi id quod res est, hanc rem ad me nihil pertinere. Plane enim culpa careo, ut qui de ea ne cogitaverim quidem; sin autem vultis audire id quod non est, dicam: Feci. Hoc cum ipse dixisset, deposuit eum episcopus ab officio lectoris. Post hoc accidens ad pedes epi-

A scopi, rogavit dicens: Si hoc tibi visum est, domine episcope, ut quoniam dixi, Næ, lapsus sum, sim de gradu ecclesiastico dejectus, et non sim dignus esse clericus tuæ sanctitatis, jube ut mihi ab hoc tempore ea detur in uxorem; neque enim ego sum deinceps clericus, neque illa virgo. Cum hæc audiisset episcopus et presbyter, eam tradidit pater ejus lectori, sperans fore ut juvenis bene esset in eam affectus, et alioqui credens non posse eum abstrahi a consuetudine. Cum eam autem adolescens accepisset in manus ab episcopo, et ejus patre, eamque esset consolatus, abduxit et deposuit in monasterio mulierum, rogans eam quæ illic erat primaministra fraternitatis ut eam illic tolerarent usque ad partum ejus. Illa vero relicta in monasterio, lector abiens seipsum inclusit in cella sordida, vitæ summam suscipiens asperitatem, ad Christum accedens in corde contrito cum multis lacrymis et gemitibus, dicens: Tu, Domine, meas actiones nosti, qui scis omnia, quem nihil latet, neque est ullus locus occultus in quo quis se abscondat a tua quæ omnia aspicit potestate, qui vides omnia priusquam fiant Tu solus vides profunda cogitationum, et omnis mentis conceptio a te cernitur, perinde ac si aspicitur oculis. Tu cum cogitatorum sis acer examinador, perfecte judicas. Tu qui eis qui afficiuntur injuria fers auxilium, qui falli non potes, dum eos vindicas, qui appetuntur calumniis; cui nihil placet injustum, omne autem momentum stateræ justitiæ est a te semper; astat enim tibi perpetuo lux ad quam non patet aditus, et omne opus hominis est coram te. Est ergo tui justis et immutabilis judicii, jus quoque meum pronuntiare. Efficaciter autem orante adolescente, et in jejunio diligenter perseverante, intra breve tempus adfuerunt dolores ejus partus. Cumque advenisset hora, adfuit etiam justum Dei judicium, afferens vehementem et intolerabilem dolorem ei quæ fuerat calumniata: gemituum immensa multitudino, labores partus in enarrabiles, inferni suppliciorum visiones terribiles hanc miseram fortiter obsidentes, et infans propter magnitudinem non prodibat ex utero. Præterit dies primus et secundus, et dolores erant intolerabiliores; adventavit tertius et quartus, et secutus est dolor multis partibus gravior; quintus et sextus et septimus tenebrosus, et infelix mulier ex multo dolore versabatur in inferis. In omnibus his diebus mansit neque omnino cibum sumens, nec tantillum somnum videns; sed luctibus et gravissimis dolorum tormentis succedentibus, post hæc omnia, vitiata et falsæ accusatricis cor inflexibile, victa a Dei potestate, quæ non cadit sub aspectum, intolerabilibus doloribus addidit etiam confessionem, lugubri voce exclamans: Hei mihi misera! venio in periculum ne peream, ut quæ in duo mala inciderim, nempe in calumniam et fornicationem, et amissa virginitate sum tradita detractiōni; et cum mihi sit ab alio allatum vitium, accessani lectorem. Cum hæc autem audiissent virgines monasterii, Patri ejus omnia re-

ΚΕΦΑΛ. ΡΜ'.

Περὶ τῆς ἀπατηθείσης παρθένου, καὶ μεταγνοῦσης.

Ἀσκητρία τις παρθένος συνοικοῦσα ἄλλαις δυοὶ παρθένοις ἡσκήθη ἐπὶ ἔτη ἑννέα ἢ δέκα. Αὕτη δελεασθεῖσα παρὰ ψάλτου τινός τούτῳ συνεφθάρη, καὶ λαβοῦσα κατὰ γαστρός ἔτεκεν. Εἰς ἄκρον δὲ μῖσος ἐλθοῦσα τοῦ ταύτην ἀπατήσαντος κατενύγη τὴν ψυχὴν εἰς βάθος, καὶ εἰς τοσοῦτον ἔφθασεν μέτρον μετανοίας ὡς ἂν ἀποκαρτερήσασαν ταύτην τῇ ἐγκρατεῖα, καὶ λιμῶ θέλειν ἑαυτὴν ἀποκτεῖναι· τοῦτο προσευχομένη μετὰ δακρύων, καὶ τοῦ Θεοῦ δεομένη, καὶ λέγουσα, ὅτι Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ βασιτάζων πάντων ἡμῶν τὰ ἀμαρτήματα, καὶ παντός τοῦ κόσμου τὴν ἄμετρον κακίαν, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τῶν ἀμαρτωλῶν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν πεσόντων, ἀλλ' ἐλεῶν πᾶσαν τὴν κτίσιν· σὸν γὰρ ἔστι θέλημα τὸ σώζεσθαι πάντας. Εἰ οὖν καὶ ἐμὲ τὴν ἀπολομένην σωθῆναι θέλεις, ἐν τούτῳ μοι· δεῖξον τὴν σὴν ἀγαθωσύνην, καὶ νῦν δὸς φθάσαι ἐπ' ἐμοὶ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ κέλευσον συναχθῆναι τὸν καρπὸν τῆς ἐμῆς ἀνομίας τὸ συλληφθῆν ἐν ἀσελγείᾳ, καὶ γεννηθῆν ἐν ἀμαρτίᾳ τῆς ἐμῆς ἀπωλείας. Ἐάν γὰρ τοῦτο μὴ γένηται, ἢ ἀγχόνη ἔχω χρήσασθαι, ἢ ἑαυτὴν δισκεῦσαι. Ἐνεκεν τούτου δεομένη εἰσηκούσθη. Τὸ γὰρ τεχθῆν οὐ μετὰ πολὺ ἐτελεύτησεν. Ἀπὸ οὖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῷ μὲν ταύτην αἰχμαλωτίσαντι· οὐκέτι συνετύχεν, ἔκδοτον δὲ ἑαυτὴν εἰς ἄκραν ἐγκράτειαν δέδωκεν· νοσοῦσαις καὶ λελωθημέναις ἐξυπηρετήσατο ἐπὶ τριάκοντα ἔτη. Οὕτως τὸν Θεὸν δυσωπήσασα, καὶ ἴλειον ἑαυτῇ καταστήσασα, ὡς ἀποκαλυφθῆναι τινι τῶν ἁγίων πρεσβυτέρων, ὅτι Ἡ δεῖνά μοι· μᾶλλον εὐηρέστησεν ἐν τῇ μετανοίᾳ, ἢ ἐν τῇ παρθενίᾳ. Ταῦτα δὲ γράφω, ἵνα μὴ καταφρονῶμεν τῶν πολλὰ ἀμαρτανόντων, καὶ ἐκ καρδίας μετανοούντων· καθὼς καὶ ἡ μακαρία αὕτη τὴν ἑαυτῆς καρδίαν συντρίψασα, καὶ ἐν ταπεινοφροσύνῃ τὴν ἑαυτῆς ζωὴν καθυποτάξασα, οὐκ ἐξουδενώθη παρὰ τοῦ Δεσπότου τῶν μετανοούντων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΑ'.

Περὶ τῆς συκοφαντησάσης ἀναγνώστην τινά.

Πρεσβυτέρου τινός θυγάτηρ παρθένος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, ἐκ πεσοῦσα παρὰ τοῦ ταύτην φθείραντος, ἐδιδάχθη ἀναγνώστην τινά τῆς πόλεως συκοφαντῆσαι, κάκεινῳ περιθεῖναι τὴν διεφθαρμένην αἰτίαν. Καὶ γενομένη πρὸς γαστρός, ἐταζομένη παρὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς, κατεῖπον τοῦ ἀναγνώστου. Ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος, καὶ ταραχθεὶς, ἀνήνεγκεν τῷ ἐπισκόπῳ. Μαθὼν τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος, συνεκρότησεν τὸ ἱερατεῖον· καὶ ποιήσαντες κληθῆναι τὸν ἀναγνώστην ἐβασάνιζον τὴν ὑπόθεσιν τοῦ πράγματος. Ἐρωτώμενος τοίνυν ὁ ἀναγνώστης παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, οὐχ ὡμολόγει· τὸ γὰρ μὴπραχθῆν παρ' αὐτοῦ πῶς ἐνὶ καὶ ῥηθῆναι; Ἀγανακτῶν οὖν ὁ ἐπίσκοπος, μετὰ ἐμβριθεστάτης φωνῆς ἔλεγεν τούτῳ· Οὐχ ὡμολογεῖς σου τὸ πταῖσμα, καὶ μετανοεῖς, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, καὶ ἀκαθαρσίας μεμεστωμένη; Ἀπεκρίνατο ὁ ἀναγνώστης· Ἐγὼ δέομαί σου, τὸ ὄν εἶπον, ὅτι ἐν τούτῳ πρᾶγμα οὐκ ἔχω· ἀνάτιος γὰρ εἶμι καὶ τῆς ἐννοίας τῆς πρὸς ἐκείνην. Εἰ δὲ θέλετε ἀκοῦσαι τὸ μὴ ὄν ἵνα εἶπω, πέπραχα. Τοῦτ' αὐτοῦ εἰρηκότος, καθεῖλεν τοῦτον τοῦ ἀναγνώστου. Μετὰ τοῦτο προσπεσὼν παρεκάλει τὸν ἐπίσκοπον, λέγων· Εἰ τοῦτό σοι ἔδοξεν, κύριε ἐπίσκοπε, ἐπειδὴ εἶπον, Ναί, ἔπταισα, εἶναι με

Ἀ χωρὶς τοῦ τιμίου βήματος, καὶ μὴ εἶναι με ἄξιον τοῦ εἶναι κληρικόν τῆς σῆς ἀγιωσύνης, κέλευσόν μοι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν δοθῆναι εἰς γυναῖκα. Οὔτε γὰρ λοιπὸν ἐγὼ κληρικὸς, οὔτε δὲ ἐκείνη παρθένος. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ πρεσβύτερος ὁ πατήρ αὐτῆς, ἔκδοτον αὐτὴν δέδωκαν τῷ ἀναγνώστῳ, προσδοκίσαντες διακεῖσθαι τὸν νεώτερον περὶ αὐτὴν, καὶ ἄλλως μὴ δύνασθαι ἀποκοπῆναι τῆς συνηθείας. Λαθὼν δὲ αὐτὴν ὁ νεώτερος εἰς τὰς χεῖρας, καὶ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, παρακαλέσας δὲ αὐτὴν, ἀπαγαγὼν ταύτην παρέθετο μοναστηρίῳ γυναικῶν, παρακαλέσας τὴν αὐτόθι διάκονον τῆς ἀδελφότητος μέχρι τῶν ἡμερῶν τοῦ τοκετοῦ αὐτῆς ἀνασχέσθαι ταύτης. Καὶ καταλιπὼν αὐτὴν ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ ἀναγνώστης, ἀπελθὼν ἑαυτὸν ἐγκαθεῖρξεν εἰς κελλίον αὐχμηρὸν, ἀναλαθὼν πολιτείαν σκληραγωγίας ἀκροτάτην, προσελθὼς τῷ Χριστῷ ἐν καρδίᾳ συντετριμμένη, μετὰ πολλῶν δακρύων καὶ στεναγμῶν, λέγων· Σὺ οἶδας, Κύριε, τὰς ἐμὰς πράξεις, ὁ ἐπιστάμενος πάντα ὄν οὐδὲν ἐλέηθεν. Οὐδὲ ἔστι τις τόπος ἀπόκρυφος ἐν ᾧ τις ἀποκρυβῆσεται τῆς σῆς παντεφύρου δυνάμειος. Ὁ εἶδώς τὰ πάνεα πρὶν γενέσθαι, σὺ μόνος βλέπεις βάθη λογισμῶν, καὶ πᾶσα ἐννοια παρὰ σοῦ ὁράται· ὀφθαλμοφανῶς· σὺ ὢν ἑταστής ἐνθυμήσεως ὀξὺς δικάζεις ἀκριβῶς· σὺ ἀδικουμένων βοηθός· αὐτὸς εἰ συκοφαντουμένων ἔκδικος ἀπαραλόγιστος, ᾧ οὐδὲν ἀρέσκει τῶν ἀδίκων. Πᾶσα δὲ ῥοπή ζυγοῦ δικαιοσύνης παρὰ σοί. Πάρεστι γὰρ πάντοτε σοι φῶς ἀπρόσιτον, καὶ πᾶν ἔργον ἀνθρώπων ἐνώπιόν σου ἔστιν. Τῆς οὖν σῆς ἔστι δικαίας καὶ ἀπαραλλάκτου πρίσεως ἀποφῆναι καὶ τὴν δίκην τὴν ἐμὴν.

Προσευχομένου τοῦ νεανίσκου ἐκτενῶς, καὶ τῇ νηστείᾳ προσκαρτεροῦντος ἐμμελῶς, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου παρεγένοντο αἱ ἡμέραι τοῦ τοκετοῦ αὐτῆς. Καὶ ἐνστάσης τῆς ὥρας, παρεγένετο καὶ ἡ δικαία κρίσις τοῦ Θεοῦ φέρουσα ἀπότομον ὀδύνην καὶ ἀφόρητον τῇ συκοφαντησάσῃ· καὶ στεναγμῶν πλήθος ἀμέτρητον, ὠδίνες πόνων ἀνεκδιήγητοι, καταχθονίων κολαστηρίων ὀράσεις φοβεραὶ, ταύτην τὴν ἀθλίαν πολιορκούσαι ἰσχυρῶς· καὶ τὸ βρέφος τῆς γαστρός τῷ ὄγκῳ οὐ προέκυπτεν. Παρῆλθεν ἡμέρα πρώτη, καὶ δευτέρα, καὶ ὠδίνες ἀφορητότεραι· ἐπέστη τρίτη, καὶ τετάρτη, καὶ τὸ ἄλγος πολλαπλασίως χαλεπώτερον· διεδέξατο πέμπτη καὶ ἕκτη σὺν ἐβδόμῃ σκοτεινῇ, καὶ ἡ ταλαίπωρος γυνὴ ἀπὸ πολλῆς ἀνίας τῷ ἄδῃ προσωμίλει· ἐν ταύταις ὄλαις ταῖς ἡμέραις μὴδ' ὄλως τροφῆς προσλαβομένη, μὴδὲ τὸ τυχὸν ὑπνου μετασχοῦσα ἀλλ' οἰμωγαῖς βασάνων πόνους ἀνηκέστους διαδεχομένων, μετὰ ταῦτα πάντα ταῖς προσευχαῖς τοῦ νεανίσκου, ἢ τῆς διεφθαρμένης καὶ ψευδηγόρου ἀμείλικτος καρδία ταῖς ἀνυπόστοις πόνους, καὶ ἡ ἐξομολόγησις συναξήθη γοερᾶς φωναῖς βοῶσα· Οἶμοι τῇ ἀθλίᾳ, κινδυνεύω ἀπολέσθαι· δυοὶ κακοῖς περιπεσοῦσα, συκοφαντία καὶ πορνεία· ἀπώλεσά μου τὴν παρθενίαν, διχοστασίᾳ παρεδόθην· ὑπὸ ἑτέρου καταφθαρεῖσα, τοῦ ἀναγνώστου κατηγορήσα. Ἀκούσασαι δὲ ταῦτα αἱ παρθένοι τοῦ μοναστηρίου τῷ πατρὶ αὐτῆς ἀπήγγειλαν τὰ πάντα. Ὁ δὲ πατήρ αὐτῆς αἰδούμενος τοὺς πάντας ὡς μὴ καταγνωσθῆναι ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ, τοῖς εἰρημένοις οὐ πιστεύσας, ἠσύχασεν τὰ ὅλα. Ὡς δὲ ἡ δικαία κρίσις ἐφροσῶσα ἢ δικάζουσα τὰ πάντα, πάλιν ἐπαλλήλους τῇ ἀθλίᾳ ταύτῃ ἐτίκτεν ὠδίνας· λοιπὸν μὴ δυναμένης ἢ ζῆσαι ἢ ἀποθανεῖν· καὶ τοῦ τοκετοῦ μὴ ἐκφυγούσης, ἐπιφαίνει ἡ ἡμέρα ἡ

ὄγδοη, καὶ πάλιν ἡ ἑνάτη, βαθυτάτῃ σκότῃ τῶν ἀλήκτων στρόφων ταύτην ἀμαυρῶσαι. Ἰς οὖν οὐκ ἔφερον ἡ συνοδία τὰς μεγάλας ταύτης οἰμωγὰς, δρομαῖα: ἀπελθοῦσαι ἀναγγέλλουσι τῷ ἐπισκόπῳ, ὅτι ἔστιν ἑνάτη σήμερον ἡμέρα ὅτι ἡ δεῖνα ἐξομολογεῖται ὅτι Τοῦδε τοῦ ἀναγνώστου κατεστάθη, καὶ ἀποκυῖσαι οὐκ ἰσχύω· ἐσυκοφάντησα γὰρ τοῦτον. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀκούσας παρὰ τῶν παρθένων πάντα τὰ ῥηθέντα, πέμπει πρὸς τὸν ἀναγνώστην δύο διακόνους, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ἵνα εὐξηται ἐκεῖνος ῥυθῆναι τῆς ἀνάγκης τὴν ταλαίπωρον γυναῖκα. Ὁ δὲ γενναῖος οὗτος νεανίσκος οὐδὲ ἀπόκρισιν αὐτοῖς δέδωκεν, μηδὲ τὴν θύραν ἀνοίξας· ἀλλ' ἀφ' ἧς ἡμέρας εἰς τὴν κέλλαν εἰσῆλθεν, τὸν συνήθη καούνα τῆς νηστείας ἐκπληρῶν, καὶ ταῖς δεήσεσιν ἱκετεύων τὸν Θεόν. Κατακαμφθεὶς δὲ ὁ πατήρ πρὸς οἶκτον τῆς ἰδίας θυγατρὸς, ἐλθὼν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἐδεήθη αὐτοῦ σφόδρα εὐχὴν ταύτης γενέσθαι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ γινομένης ὑπὸ πάντων προσευχῆς πρὸς τὸν Δεσπότην, οὐδ' οὕτως ἡ ἀθλία τῆς ἀνάγκης ἐλυτρώθη. Αἰ γὰρ εὐχαὶ τοῦ συκοφαντηθέντος δυσωποῦσαι τὸν Δεσπότην, ἀπειτίχισαν τὰς τούτων μὴ παραδεχθῆναι. Τούτων οὕτω γεγονότων ἀναστὰς ὁ ἐπίσκοπος ἐπορεύθη εἰς τὴν κέλλαν ἐν ᾗ ὁ ἀναγνώστης· καὶ κρούσαντος τὴν θύραν οὐκ ἠθέλην ἀνοίξει. Ἐπὶ πολὺ δὲ τοῦ ἐπισκόπου ἔξω παρεστῶτος, κάκεινου ἔνδον ὄντος, κελεύει ὁ ἐπίσκοπος τὴν θύραν ἐπαρθῆναι. Καὶ εἰσελθόντες εὐρὸν τὸν νεανίσκον τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντα, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐφαπλωμένον· καὶ πολὺ πικραλέσας τοῦτον ἠγειρεν, λέγων· Ἀδελφὲ Εὐστάθιε ἀναγνώστα, φανερωθείσης τῆς συκοφαντίας, Θεοῦ οἰκονομία, τῶν σῶν εὐχῶν εἰσακουσθεισῶν, κατοικτειρήσας τὴν εἰς σὲ ἡμαρτηκυῖαν πολὺ καταικισθεῖσαν ταῖς μάστιξι τῶν βασάνων, λῦσον τὰς ἁμαρτίας· ταῖς γὰρ σαῖς εὐχαῖς τοιαῦτα πάσχει· καὶ εἰπὲ πρὸς τὸν Δεσπότην, ἵνα αὐτὴν ἐλευθερώσῃ τοῦ τοκετοῦ τῆς κοιλίας. Τοῦ δὲ ἀοιδίμου ἀναγνώστου ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ ἐκτενῶς προσευξαμένου, παραχρῆμα ἡ ἀθλία ἠλευθερώθη τῆς ἀνάγκης, ἀποκυῖσασα παιδίον, ἱκετεύουσα τοὺς πάντας ἀφεθῆναι αὐτῇ τὴν ἀνομίαν ταῖς πρεσβείαις τοῦ δικαίου· ὃν λοιπὸν οἱ πάντες εἶχον τὸν γενναῖον ἐν τάξει τῶν μαρτύρων. Πάσης γὰρ μερίμνης ἑαυτὸν ἐλευθερώσας εἰς ἄκραν πολιτείαν τῆς ἀρετῆς ἀνῆλθεν, ὡς καὶ χαρίσματος πνευματικοῦ τοῦτον ἀξιοθῆναι. Ταῦτα δὲ ἐγράψαμεν, ἵνα μηδεὶς συκοφαντήσας περιπαγῇ τοῖς δικτύοις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἐμπέσῃ εἰς ὀδύνας ἀφορήτους τέως τῆς σαρκὸς, καθὰ καὶ ἡ προγραφεῖσα ψευδοτόκος· μετὰ δὲ τὴν ἐντεῦθεν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν παραδοθεὶς κολαστηρίοις αἰωνίοις καὶ ἀτελευτήτοις. Ὁ γὰρ συκοφαντῶν παροργίζει τὸν Θεόν. Ὁ δὲ συκοφαντούμενος καὶ ὑποφέρων εὐλαβῶς, καὶ εὐχαῖς ἐπιτρέπων τὴν φανέρωσιν, ἀναμένωσιν τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ στεφανίτης τοῦ Χριστοῦ ὁ καὶ ἐνταῦθα, κατὰ κράτος δοξασθεὶς, καὶ τῶν αἰωνίων στεφάνων καταξιώθεις. Μάθωμεν οὖν ἀκριβῶς τὴν ἀήττητον δύναμιν τῆς εὐχῆς τῆς καὶ τοὺς ἐν πίστει στηριζούσης, καὶ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις ἐλεούσης, καὶ τοῖς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦσι βοηθούσης, καὶ τὴν κτίσιν πᾶσαν κρατούσης, καὶ τὸν κτίστην πάντων δυσωπούσης, καὶ τοὺς κατορθοῦντας τὴν ἀρίστην πολιτείαν στεφανούσης

καὶ τοὺς συκοφάντας φανερούσης, καὶ τοῖς ταύτη προσκαρτεροῦσιν οὐρανῶν βασιλείαν δωρουμένης.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΒ'.

Περὶ Σαλβίας.

Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνέβη ἅμα ὀδεῦειν ἡμᾶς ἀπὸ Αἰλίας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, προπέμποντας τὴν μακαρίαν Σαλβίαν, τὴν παρθένον γυναῖκα, ἀδελφὴν δὲ Ῥουφίνου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΓ'.

Περὶ Ἰουβίνου.

Ἐν οἷς ἦν σὺν ἡμῖν καὶ Ἰουβῖνος τότε μὲν διάκονος, νυνὶ δὲ ἐπίσκοπος γεγονὼς τῆς Ἀσκάλωνος Ἐκκλησίας, ἀνὴρ εὐλάβης καὶ φιλόλογος. Σφοδρότατου οὖν καύματος καταλαβόντος ἡμᾶς, καταντήσαντας εἰς τὸ Πηλούσιον, ἔτυχεν τὸν Ἰουβῖνον νικτῆρα λαβόντα νίψασθαι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας πυγμῇ ψυχροτάτου ὄντος τοῦ ὕδατος, καὶ μετὰ τὸ νίψασθαι δερμοτύλῃ ἐπαναπαύσασθαι ῥιφέντι κατὰ τοῦ ἐδάφους. Ἐπιστάσα δὲ τούτῳ ἡ μακαρίτις Σαλβία, ὡς μήτηρ σοφῆ υἱοῦ κηδομένη γνησίου, ἐπέσκηπτεν αὐτοῦ τῇ ἀπαλότητι τοῦ σώματος, λέγουσα αὐτῷ· Πῶς θαρσεῖς σου τῷ σώματι, τοιαύτην ἄγων τὴν ἡλικίαν, καὶ ἐτι ζέοντός σου τοῦ αἵματος; οὕτως σου φιλοκαλεῖς τὸ σαρκίον, ὡς μὴ αἰσθόμενος τῶν ἐξ αὐτοῦ σοι τικτομένων βλαβερῶν; Θάρσει, λέγουσα, τέκνον, ὅτι ἐξηκοστὸν νῦν ἄγουσα ἔτος τῆς ἡλικίας ἐκτός τῶν ἄκρων χειρῶν, καὶ αὐτὸ διὰ κοινωνίαν, οὐκ ὄψις μου ἦψατο ὕδατος, οὐ ποῦς, οὐδ' ἄλλο τι τῶν μελῶν, καίπερ διαφόροις ληφθείσης ἀβρώστιας, καὶ ὑπὸ τῶν ἱατρῶν ἀναγκαζομένης λουτρῷ χρήσασθαι, οὐκ ἠνεσχόμην ἀποδοῦναι τῇ σαρκὶ τὸ ἔθος· οὐκ ἐπὶ κλίνης ἐκαθεύδησα, οὐ λεκτικίῳ ὤδευσά σου.

Αὕτη λογιωτάτη γέγονεν, ἡ καὶ τὸν θεῖον Λόγον φιλήσασα τὰς νύκτας εἰς ἡμέρας ἀνέστρεψεν θαφιλῶς ἐλαίῳ ταύτας καταλάμπουσα, πᾶν σύγγραμμα τῶν ἀρχαίων ὑπομνηματιστῶν διελθοῦσα· ἐν οἷς Ὀριγένους μυριάδας τριακοσίας, Γρηγορίου καὶ Πιερίου καὶ Στεφάνου, καὶ Βασιλείου, καὶ ἐτέρων τινῶν σπουδαιοτάτων μυριάδας εἴκοσι πέντε· οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν παρελθοῦσα ταῦτα, ἀλλὰ πεπονημένως, ἕκαστον βιβλίον ἑβδομον ἢ ὄγδοον διελθοῦσα· Διὸ καὶ ἠδτηνῆθη ψευδωνύμου γνώσεως ἐλευθερωθεῖσα περωθῆναι πρῶτον τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ τῇ δυσάμει τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, ἐλπίσι χρησταῖς ἑαυτὴν ὄρνιν ἐργασαμένη πνευματικῆν, καὶ διαπεράσασα τὸν τούτου τοῦ βίου ζόφον ἀνέπτη πρὸς τὸν Χριστὸν, τὰς ἀθανάτους ἀμοιβὰς παρ' αὐτοῦ ἀπολυψομένη.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΔ'.

Περὶ Ὀλυμπιάδος.

Ταύτης κατ' ἔχνος βαίνουσα καὶ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τῆς ἐνθέου πνευματικῆς πολιτείας ἡ σεμνοπρεπεστατὴ Ὀλυμπιάς, καὶ ζηλωτικωτάτη τῆς εἰς οὐρανὸν φερούσης ὁδοῦ, ἐν πᾶσιν ἀκολουθήσασα τῇ γνώμῃ τῶν θείων Γραφῶν, θυγάτηρ γενοῦσα τὸ κατὰ σάρκα Σελεύκου τοῦ ἀπὸ κομήτων, ἀληθινὸν δὲ τέκνον Θεοῦ κατὰ Πνεῦμα, ἐκγόνη δὲ Ἀβλαβίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων, νόμφη δὲ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας Νεβριδίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Κωνσταντίνου· αὕτη δὲ τῇ ἀληθείᾳ, γυνὴ οὐδενός· λέγεται γὰρ ἀμίαντος κεκοιμηθῆσαι παρθένος σύμβιος γενοῦσα τοῦ θείου

nuntiarunt. Pater autem veritus ne condemnaretur ut calumniator, cum non adhiberet fidem dictis, silet duos dies. Rursus autem misera, se invicem excipientibus acerbis afflictabatur doloribus, cum non posset deinceps vel vivere vel mori. Cumque id effugit, oritur dies octavus, et rursus nonus, gravissimis perpetuarum vertiginum tenebris eam offuscantes. Cum ergo ejus magnos ejulatus non ferret conventus, hæc cursim festinantes renuntiant episcopo, jam esse nonum diem ex quo illa confitetur se accusasse lectorem, nec posse parere, quod ipsum sit calumniata. Episcopus autem cum hæc audiisset a virginibus, ad lectorem mittit duos diaconos, ei omnia significans, et ut pro ipsa oraret, ut misera mulier liberaretur ab iis necessitatibus. Egregius autem adolescens neque eis dedit responsum, nec aperuit ostium; sed a quo die ingressus est in cellam, non exiit, implens consuetam regulam jejunii, et Deo preces fundens. Flexus autem pater, et filiae suæ misertus, veniens ad episcopum, eum valde rogavit ut pro ea orationes fierent in ecclesia. Et cum pro ea preces fusæ essent ab omnibus ad Dominum, ne sic quidem misera liberata est a necessitate. Ejus enim qui per calumniam fuerat accusatus, orationes Dominum monentes, arcebant, ne eorum preces admitterentur. His sic gestis, surgens episcopus ivit ad cellam in qua erat lector; et cum pulsasset ostium, nolebat is asperire. Cum diu autem foris fuisset episcopus, ille autem intus, jubet episcopus tolli ostium. Et ingressi invenerunt adolescentem in oratione perseverantem, et humi procumbentem. Quem multum rogans episcopus, ei dicit: Frafer Eustathi lector, in apertum prolata calumnia Dei providentia, et exauditis tuis orationibus, miserere ejus quæ in te peccavit, quæ tormentorum flagellis fuit excruciatâ. Miserere deinceps miseræ, et surgens solve quod ligasti, precibus enim tuis hæc patitur, et dic Domino ut eam liberet a partu ventris. Cum autem inclytus lector intense oraret simul cum episcopo, statim misera liberata est a necessitate, enixa infantem; rogans omnes ut ei remitteretur iniquitas ipsius justi intercessione: et illum egregium virum habuerunt omnes deinceps loco martyris. Nam cum se deinceps liberasset ab omni sollicitudine, pervenit ad summum vitæ quæ ex virtute agitur, adeo ut is sit dignius habitus spiritali gratia. Hæc autem scripsimus, ne quis calumniatus illaqueetur his inimici retibus, et incidat in dolores carnis intolerabiles, sicut hæc prius scripta est falsa accusatrix; postquam autem a corpore fuerit liberatus, tradatur æternis intolerabilibus tormentis, et quæ nunquam desinant. Deum enim ad iram provocat is qui calumniatur: qui autem per calumniam accusatur, idque fert pio et æquo animo, et ejus in apertum prolationem permittit precibus, exspectans justum Dei judicium, sicut hic a Christo coronatus; is et, quod ejus sileri potest, laudatur, et in honore habetur, et æternam coronam consequitur. Discamus ergo diligenter quam sint insuperabiles vires oratio-

nis, quæ et fideles confirmat, et peccatorum miseretur, et flectit ac movet omnium creatorem, et eos coronat qui se ex virtute recte gerunt, et eis qui in ea perseverant, largitur regnum cœlorum.

CAPUT CXLII.

Vita sanctæ Silvanix (205).

Illo tempore contigit ut nos simul navigaremus ab Ælia in Ægyptum, deducentes beatam Silvaniam virginem, sororem autem Ruffini, qui fuit ex præfectis.

CAPUT CXLIII.

De Jubino (206).

Inter quos erat etiam nobiscum Jubinus, tunc quidem diaconus, nunc autem episcopus ecclesiæ Ascalonis, vir pius et eruditus. Cum autem vehementissimus nos æstus invasisset, et pervenissemus Pelusium, accidit ut Jubinus, accepta pelvi, pedes et manus palmis lavaret aqua frigidissima, et postquam lavisset, super pelliculam humi stratam requiesceret. Cum autem illa id advertisset, ut mater sapiens germani filii, ejus increpavit mollitiem, dicens: Qui in animum inducis, illam agens ætatem, vivente adhuc tuo sanguine, usque adeo tuam fovere carunculam, non sentiens damna quæ ex eo oriuntur? Confide, confide: ecce ago annum ætatis sexagesimum, præter extrema manuum (207) mearum (et hoc propter communionem) non pes meus aquam tetigit, non vultus, neque ullum ex membris meis, etiamsi me variæ iavaserint ægritudines; et cum a medicis cogerer uti balneo, non induxi in animum carni reddere debitum, non in lecto quiescens, non lectica usquam gestata ingrediens.

Hæc cum esset doctissima, doctrinam amore complexa, noctes uberi oleo a se illuminatas mulabat in dies, omnia antiquorum qui commentarios ediderunt scripta percurrens, Origenis tricies centena millia versuum, Gregorii et Stephani, et Pierii (208), et Basili, et quorundam aliorum præstantis virtutis virorum millia ducenta et quinquaginta non leviter nec temere hæc percurrens, sed elaborate septies vel octies unumquemque librum perlegens, ut horum verborum gratia in altum erigeretur, spe bona se ipsam avem efficiens spiritalem, et ad Christum evolans, immortales ab ipso acceptura remunerationes.

CAPUT CXLIV.

De Olympiade (209).

